
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
31
1 D
24
FONDO BORENSE



ALETHINI PHILARETÆ

EPISTOLARUM


DE

VEN. JOHANNIS PALAFOXII

ANGELOPOLITANI PRIMUM, TUM OXOMENSIS EPISCOPI

ORTHODOXIA

TOMUS PRIMUS.





AN. MDCCLXXII.

ALETHINUS PHILARETES
HOSII CYRIACI CANONICI OXOMENSIS
ALUMNUS,
CLERO, ET POPULO S. ECCLESIÆ ANGELOPOLITANÆ
FELICITATEM.

I. CUM de ſecundo exitu cauſæ Ven. Viri JOHANNIS PALAFOXII Epiſcopi olim veſtri ad vos ſcribere cogitaremus; repentè à nefario ſycophanta novo genere fraudis vetus eſt calumnia reſtituta, qui nihil tam verens, quam ne, acceſſione gloriæ Optimi Præſulis, longè plus, quam umquam alias in ſe, fœderatoſque ſuos dedecoris, atque ignominiæ redundaret, invidiam illi hæreſeos conflare conatus eſt, ea ſpe deſperatiſſima quidem certè commotus, ut ſi ab incœptis CLEMENS XIV. P. M. deſtitiſſet, ſalva ipſorum ſimulata ſpecies honoris eſſet; ſin autem minus, Pontifex Idem Maximus rebus novis ſtudere, eumque, qui ad hæreticos tranſfugiſſet, in Sanctos retuliſſe videretur. Jam hoc expectabam fore, ut ſtudioſus Berruyeri, qui Pelagianorum, Neſtorianorumque dogmatum adprobator ſit, morum etiam imi-

Certiores facit Angelopolitanos vocati Palafoxii a neſcio quo ſycophanta Pelagianorũ, Neſtorianorũque imitatore in hæreſeos ſuſpicionem.

imi-

imitator esset. Nam ut planè nostis, quemadmodum olim Pelagiani, Nestorianique reprehensores errorum, vitiorumque suorum, in primis autem Augustinum, & Cyrillum Alexandrinum Antistites doctissimos, atque sanctissimos, à quibus sibi maximè metuebant, in Manichæismi, aut in Apollinarismi crimen vocarunt, rati infamia, etsi falsa, laci, si qua inde in tam sapientes, tantaque virtutis laude præstantes adversarios, oppugnatoresque suos manasset, non solum erroris se notam evasuros, sed aucturos etiam numerum sequacium pravitatis suæ; ita hi modo falsarum opinionum, maleque factorum suorum objurgatores, quamvis benevolos, quantacumque demum doctrina, virtute, dignitate præditos Episcopos, Cardinales, Reges etiam, Potificesque Maximos Jansenismi accusare audent, adagio illo suo jure quidem ab Ecclesia damnato fidentes, quo statuunt, licere sibi falsa criminatione famam alterius lædere, ut suam quoquo modo partam apud imperitos rerum conservent, ac tueantur. Quare, hos si audiamus, Jansenianus Ven. Cardinalis Thomasius, qui sacri Collegii hoc sæculo decus, atque lumen fuit; Jansenianus Ven. Innocentius XI. P. M. Janseniani denique Reges ii sunt,
quos

quos his annis paucis, nihil veriti Majestatem, sceleratis, maledictorumque refertis cantiunculis proſciderunt.

II. In Palafoxium verò erroris suspicionem (in quam alii eidem sycophantæ similes ipsum adducere olim curaverant) in Palafoxium, inquam, conlatam suspicionem confirmaturus, attendite, quibus artibus, quem dolum, quam nequiter veterator instruxerit. Litteras Joh. Meindartsii Pſevdo-Archiepiſcopi Shiſmaticæ factionis Ultrajectinorum nomine mendaciter in hanc sententiam ſcripſit: Defenſores damnatorum ab Sede Apoſtolica Janſenii dogmatum Batavos gaudere deinceps oportere: confidere namque ſe fore, ut iis brevi illuceſcant lætiores dies: Pœnitere jam cœpiſſe Romanam Eccleſiam præjudiciorum, & odii in ipſos ſui. Agere nunc eam de Apotheoſi Johannis Palafoxii Janſenianorum eorumdem dogmatum adſertoris, qui doctrinam libello gallico Guillelmi le Roi (1) comprehenſam anno 1653. ita tranſtulerit in Epistolam

Docet Auctor, ſycophantã erroris ſuſpicionẽ Palafoxio inlatã confirmaturũ, dolo finxiſſe litteras, eaſque nomine Pſevdo-Archiepiſcopi Ultrajectini publicaſſe plenas in P.M. Clemen. XIV., inque Roman. Eccleſiam calumniarũ; quibus litteris, Palafoxius ex libello damnato Guillelmi le Roi doctrinam accepiſſe ferebatur.

(1) Eſt hic Guillelmiani libelli titulus: *Priere pour demander a Dieu la grace d' une veritable, & parfaite converſion. Selon la doctrine des Conciles, des Peres de l' Egliſe, & en particulier de S. Auguſtin ſur la miſere de l' homme, la grace de Jeſus Chriſt, & la puiſſance, qui eſt en Dieu de changer, & convertir nos coeurs.*

PASTORALEM suam (1), ut quamvis eamdem ipsam doctrinam latius sit persecutus, castigandam nihilominus non putarit: Immò verò, etsi ad annum usque 1659. vitam produxerit, Guillelmianumque libellum quinquennio ante fuisse proscriptum cognorit; manserit tamen in sententia, nec eorum quidquam, quæ inde mutuatus esset, revocandum, corrigendumve judicarit. Postremò litteras recens Romam ab Pseudo-Ultrajectinorum cœtu missas Clementi XIV. P. M. gratas, jucundasque fuisse (2).

Ubi hæ litteræ divulgari cœperunt, mirati fuere omnes imperitiã sycophãtæ, stu-

III. Statim atque hæ Sycophantæ Berrhuyeriani litteræ divulgari cœperunt, irasci illi omnes, mirarique ejus imperitiam, stuporem, impotentiamque mentis: Imperitiam,

(1) Inscriptio hujus Epistolæ Palafoxii est hujusmodi: *Carta Pastoral., y conocimientos de la Divina gracia, bondad, y misericordia, y de nuestra flaqueza, y miseria &c. à los fieles de l' Obispado de la Puebla de los Angeles &c.*

(2) Est hæc Epistolæ Berruyeriani impostoris inscriptio: *Lettre Pastorale de Monseigneur l'Archeveque d' Utrecht, au Sujet de la Prochaine beatification du Ven. Dom Jean de Palafox. A Utrecht chez Jean Vander Weide Libraire, & imprimeur de Monseigneur* 1770. Quæ autem à sycophanta objici Pontifici Maximo Clementi XIV. diximus, ea continentur Epistolæ ejusdem pagina octava. Quæ Romanæ Ecclesiæ, pagina quarta col. 2. Quæ denique Palafoxio, pagina quinta, & sequentibus. Ex hac autem ejusdem Epistolæ partitione facilè perspicitur, adversarios, accusatoresque Palafoxii eo esse animo, non ut defendant Romanam Ecclesiam, sed ut insectentur, ac lacerent, si fortè non probet ea, quæ ipsis placeant. Sed hac de re alias.

ritiam, propterea quod Meindartsii, quasi adhuc viventis, nomine litteras easdem ediderit, cum tamen is Meindartsius triennio ipso ante periisset: Stuporem autem, quod latere diu suas fraudes sperarit veterator posse, cum tamen ipsæ per sese pateant: Arrogantiam denique, impotentiamque mentis, quod non solum in Palafoxium, cui Sanctorum honores ab Ecclesia parari noverat, debacchatus sit; verum etiam Clementi XIV. P. M. injecta per summam calumniam accusatione in refractarios proclivitatis, ore sacrilego maledixerit, neque cogitarit, exemplum se impiorum Dathanis, atque Abironis sequutum (1), uncto Domini vices Christi in terris gerenti, Capiti Ecclesiæ Catholicæ universæ, Pontifici denique Maximo insultasse, atque ei quidem Pontifici, quem plane scimus id semper habuisse, habereque maxime cordi, ut immota perpetuo maneant, quæ hoc item de genere omni decrerint Clemens XI. In-

porem, impotētiāq; mentis; ut qui non solum in Palafoxiū débacchatus sit, verum etiā Clemēti XIV. maledixerit, quem Optimum, Sanctissimumque Pontificem immota retineri velle, tuerique scimus quæ cōstituerit Principis Apostolorum beata successio. Sed Clemens, qui conscientia recte factorū totiusque Orbis Christiani testimonio munitus sit, nullius eget defensione, neq; maledicta veretur sycophantarum.

(1) S. Cypr. *Tract. de Unit. Ecc.*: An esse sibi cum Christo videtur, qui adversus Sacerdotes Christi facit? Arma ille contra Ecclesiam portat; contra Dei dispositionem repugnat. Sic Chore, Dathan, & Abiron, qui sibi contra Moysen, & Aaron Sacerdotem sacrificandi licentiam vindicare conati sunt, pœnas statim pro suis conatibus pependerunt. *Vid. ejusd. S. Martyris Ep. 59. ad Cornel.*

nocentius XIII. Benedictus XIII. Clemens XII. Benedictus XIV. Clemens XIII. uno verbo, quæ constituerit *Principis Apostolorum* Petri *beata Successio* (1). Quod si Schismatici Ultrajectini indicia certa dedissent resipiscentiæ, cur illis Pastor Optimus clavigeri Cælorum successor viscera misericordiæ Apostolicæ Sedis clausisset, aut injucundas sibi eorum fuisse litteras, atque ingratas significasset? Verum de Clemente XIV. Pontifice Optimo, atque Sanctissimo plura ad vos scribere non est opus; cum & injuriam sibi illatam auctoritate, qua pollet, maxima ipse per sese possit repellere; & conscientia rectè, glorioseque factorum, ac testimonio totius Catholici Orbis munitus nostra defensione non egeat.

Etsi verò ne caussæ quidem Palafoxianæ metuendū erat à fallaciis accusatorū, quod de Palafoxii orthodoxis libris Sac. Rituū Cōgregatio tulisset sententiā, fuerunt tamē, qui litteras Pseudo-Ultrajectini Sycophantæ refelli

IV. Neque vero quidquam de Palafoxii causa metuendum erat ab artibus, fallaciisque Pseudo-Ultrajectini Veteratoris. Nam adversus *Venerabilem* Virum, de cujus Orthodoxia Doctrinæ jamdiu Sacra Congregatio cognorat, tuleratque sententiam, quid is Veterator ageret Jansenismi exprobratione (ut aliqui solent in eos, adversus quos inimicitias semel susceperint) quid inquam hoc telo ageret, quod ad indicandum odium aptissi-

(1) Vincentius Lirinen. Common. cap. 9.

tiſſimum ſit; ad nocendum leviſſimum? Sed cum non deeſſent, qui vereri ſe dicerent, ne *ſimplices* decipiantur; monerentque *debitores nos eſſe ſapientibus, atque inſipientibus*, quibus niſi litterarum illarum (quamvis inanium, plenarumque mendacii) confutatione ſatisfieri poſſe diffiderent; fuerunt, qui meritò reſponderent, non eſſe confutatione opus. Nam *ſimplices* periculo circumventionis expertes fore, ut qui duci vocibus ſuorum Paſtorum ſoleant; non lupi litteris, Schiſmaticorum præſertim ſcribentis nomine, multaque in Palafoxium convaſantis; demonſtrantis autem, ſive, ut ajunt, *probantis* omninò nihil. Tam vero excordem Sycophantam illum Pſeudo Ultrajectinum fuiſſe, uti ſibi ſtultè perſuaſerit, non documentis, ſed maledicendi licentia, atque una teſtificatione Schiſmaticorum, eaque ficta, acquirere ſe fidem apud Orthodoxos poſſe.

oportere dicerent, ne ſimplices circumvenirentur. Sed contra, alii exiſtimarunt, nō eſſe opus ejuſmodi confutatione, quod Sycophanta ipſe multa objiceret, nihil probaret.

V. Hoc cognito uno omnium prudentum, ac bonorum ſenſu, cum conjurati in Palafoxium detectas eſſe captiones, præſtigiaſque ſuas; ac proinde ipſas evanuiſſe, ſeſeque propterea negligi animadvertiſſent; alterum velut in inſidiis collocarunt ſuccenturiatum ſuum, qui *malè agentium, lucemque odientium*

Cum conjurati in Palafoxium contemni ſe cernerent, unus aliquis ex eorum numero clā edidit, ſparſitq; in vulgus adverſus Ven. Virum accuſa-

tionem, quam tripartitā collationē inscripsit. Hunc proinde accusatorem tripartitū, veteratorem, atq; sycophantam deinceps vocabimus.

tium more libellum ab se clandestino scelere conflatum spargi furtim in vulgus curaret, cujus quidem libelli hæc est inscriptio: *Tripartita doctrinarum collatio, Ecclesiæ, Venerabilis Johannis de Palafox, Jansenii &c.*

Ab conjuratis devoti sibi fuerunt summissi, qui, post tripartitū accusatorē, dicerent cōstare 1. expilatū fuisse opusculū Jansenianum Guillelmi Le Roi a Palafoxio. 2. Id Arnaldi testimonio liquere. 3. Palafoxium instituisse cū Jansenianis commercium litterarum. 4. Probasseque sua Epist. Pastorali quinq; Jansenii propositiones.

VI. His occultè ut diximus, furtimque a *Tripartito*, sive *Triglypho*, sive *Tristylo* hoc altero Sycophanta gestis, conjurati devotos sibi homines summiserunt, qui vociferarentur primo, nihil nunc esse dubij, quin *Opusculum* Guillelmi le Roi inscriptum *Priere &c.* Palafoxius expilarit. 2. hujusce Palafoxiani tam indigni facinoris Arnaldum cum in suis Epistolis, tum in opere *de la Morale Pratique* certissimum testem esse. 3. Palafoxium ipsum cum defensoribus operum Jansenianorum conjunxisse litterarum societatem. 4. Comparatis inter sese Guillelmianis, Palafoxianisque locis, sole ipso clariùs constare, Janseniana quinque dogmata nunc Ultrajectinis Schismaticis probata, fuisse item probata Palafoxio, qui propterea non modo referri in Sanctos non debeat, sed *ne homo* quidem *Ecclesiæ* sit habendus.

Responsum ad primū a Theologo frugi est, nihil ex o-

VII. Quod ad primum attinet, nonnulla inter bonos, at levis, non de jure quidem, sed de *facto*, ut ajunt, est orta dissen-

ſenſio. Nam unus aliquis horum, qui etſi diù ab ſe conquiſitum Guillelmi Le Roi libellum, invenire tamen nunquam potuerat; Opuſcula *de la Priere* ſuſpicatus eſt reperiri duo, quorum alterum ab Apoſtolica Sede nunquam damnatum, Guillelmo le Roi; Alterum vero, atque id quidem Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Decreto proſcriptum, Arnaldo forſitan adſcribendum eſſet: ex priore autem haud pauca Palafoxium; ex altero nihil accepiſſe. Deceptus quidem is fuit, fateor: ſed vir frugi indulgere maluit conjecturis, ſuſpicionibuſque ſuis, quam ſequi fidem veteratorum, quos tam ſæpe, tamque impudenter mentiri perſpexerat. Interea (quod rem cauſamque maxime continet) ut prudentem hominem, verique amantem decet, animadvertit: *Venerabilem* noſtrum, etiamſi multa ex Opuſculo *de la Priere &c.* poſtmodum Sanctæ Rom. Inquiſitionis ſententia damnato, hauſiſſet; hauſiſſe tamen rem nullam, quæ non ad Scholæ Thomiſticæ Orthodoxæ ſcilicet, totque Romanorum Pontificum Conſtitutionibus celebratæ, doctrinam mirificè exacta eſſe videretur.

puſculo, quod deinde damnatum fuit, Palafoxium accepiſſe: at is Theologus lapſus eſt, quod ad hoc attinet: cæterum additum ab eodem Theologo fuit, nihil nonThomiſtici allatū eſſe à Palafoxio; id quod liquet eſſe veriſſimum.

VIII. Hoc ſanè optimè omnium. Nam qui Palafoxius Schola Sancti Thomæ tot ſæculis

NamVen.Antiſtes, qui do-

ctrinam scholæ Themisticæ laudarit, passurus fuisset numquam, ut ab ea sese abduci fineret. Incidit ipse in Guillelmi le Roi opusculū, multa inde transtulit, sed nihil non Orthodoxe, aut nō planè Thomistice, in suā Pastoralē Epistolam. Neque enim quidquā ipse potuit inde suspicari mali, cum nihil adhuc Sedes Apostolica in idem opusculum statuisset; novissetq; ipse, multa minus accuratè expressa in libris piorū hominū asceticis contineri.

culis Ecclesiam Dei vixisse quietam non solum agnovit, sed litterarum etiam mandavit monumentis; quo demum modo ab ea sese abduci, alioque transversum agi tulisset? (1) Non scribo hoc temere. Quo namque minus doctorum Virorum congressibus intereram de nostro Præsule disserentium; hoc fui ad investigandum curiosior. Itaque cum omnia circumspexissem, *Pastoralemque* Præsulis ejusdem *Epistolam*, quam improbè carpunt Accusatores; atque una Guillelmi le Roi *Opusculum* expendissem, planè conspexi: *Ven.* ipsum Præsulem, cum in id Opusculum incidisset, ejusque generis formulis precum refertum deprehendisset, quibus (si ritè, accuratè, perspicuè propositæ essent) incendi sontium animi ad resipiscendum posse viderentur,

(1) Palafoxius in *satisfaccion al Memorial de los Religiosos de la Compañia n.XXIII. pag.308. Tom.XI.*: Desde su nacimiento ha introducido esta (Compañia) y sus hijos diversos pleytos con la de Santo Domingo illustre hija de la Iglesia, y Maestra admirable de espiritu, y letras; y no, defendiendo como el Obispo su Jurisdicion, necesitado de su propria conciencia, sino siguiendo particulares dictamenes, y imaginaciones en materias de doctrina, LEVANTANDO ESCUELA, Y BANDERA diametralmente contraria y opuesta A' LA DE SANTO TOMAS, CON LA QUAL HABIA VIVIDO QUIETA, Y SOSEGADA LA IGLESIA DE DIOS TRECIENTOS AÑOS.

tur; rem Populis fidei ſuæ, curæque creditis utilem facturum, multa inde (nihil etiam ſuſpicantem mali) expreſſiſſe; ſed expreſſiſſe tamen ita, ut quæ implicata in Guillelmiano eodem Opuſculo eſſent, explicarit; quæ ambigua, definierit, atque in catholicum ſenſum traduxerit; quæ minus rectè enunciata, Thomiſtica planè fecerit. Quid autem ſuſpicari potuiſſet mali, cum in id Opuſculum nihil adhuc Sedes Apoſtolica, nihil Sancta Inquiſitio, nihil Sacra Indicis Congregatio pronunciaſſet; reſque jam eſſet explorata, ambiguas plerumque, ac minus rectè enunciatas ſententias reperiri in Aſceticis præſertim ejus generis libellis hominum non modo Catholicorum, ſed pietatis etiam laude ſingulari præſtantium?

IX. Verum qua ratione accuratè Palafoxius perſequutus omnia fuerit; perfeceritque, ut ne qua ſe non injuſta invidia erroris attingeret, paulo poſt demonſtrabimus. Nunc Pſeudo-Ultrajectini, Tripartiti, ceterorumque *Venerabilis* Viri obtrectatorum incredibilem audaciam, impudentiamque cognoſcite. Etſi rem ſic habere, ut docuimus, certo ſciebant; perrexere tamen Palafoxium obfirmati in errore animi, pertinaciæque arguere; propterea quod eorum, quæ

Hæc etſi ita ſe habere norint Accuſatores, nihilo ſecius arguere auſi ſunt Palafoxium, quod nihil eorum, quæ ab opuſculo illo acceperat, revocandum, corrigēdumve putarit, etiam poſt opuſculi ejuſdē proſcriptionem. Qua-

si vero revocāda fuerint, quæ ipse optimè planèque catholicè scripserat.

quæ mutuatus à Guillelmo le Roi fuerat, nihil revocandum, reprobandumque putarit, etiam post latam ab Apostolica Sede in Guillelmi ejusdem libellum sententiam. Quidquam ne objici potuit impudentius? Ecquid enim Palafoxius revocasset? Ea ne, quæ ipse tam castigatè, tamque ad catholica dogmata accommodatè perscripserat? Sed vetus hæc Palafoxii obtrectatorum est ratio, ut alicujus existimationem oppugnaturi, mendaciis plebem onerent; fidenterque (contra atque res ipsa ferat) minus eum fuisse orthodoxum clament: qnasi vero in Orthodoxis numerandus non sit, qui non perpetuo sub Berruyero meruerit imperatore.

Varon espiritual fuit Guillelmus le Roi à Palafoxio appellatus, sed ne hæc quidē appellatio à Ven. Viro fuit revocanda etiā post Guillelmiani opusculi condemnationem.

X. At enim Palafoxius Guillelmi le Roi, cujus fuit postmodum Sanctæ Inquisitionis Decreto damnatum opus, etsi nomen reticuit, plena tamen manu laudes celebravit; neque postmodum eas laudes recantandas duxit. Quid? Romana Inquisitio ullam ne damnatarum Jansenii propositionum Opusculo illo Guillelmiano contineri dixit; aut quidpiam in Guillelmi personam statuit? Nihil certè minus. Quæ igitur esse poterat causa, quamobrem Palafoxius Guillelmum Jansenianis adnumeraret; quæque de illo scripse-

pserat, revocanda arbitraretur? An *prævenisset* judicium Ecclesiæ, ejusque viri famam læsisset, quam aut obscurandam, aut imminuendam Sedes Apostolica non putarat? Sit hæc in calumniatorum Palafoxii levitate perversitas, qui cum non modo non argui, ut errantes, sed laudari etiam, ut pios omninò velint suos, quorum sint ab Apostolica Sede explosa dogmata; tum tertio quoque verbo (nulla christianæ charitatis, Decretorumque Pontificum Romanorum habita ratione) Jansenismi exprobratione vexant, atque in infamiam adducere conantur eos, à quibus cum de rebus ceteris, tum maximè de gratia Christi, deque Prædestinatione dissentiunt. Non is fuit Palafoxius, qui simile quidpiam sibi arroganter sumeret. Nam quem caritas Christi urgebat, quique spiritu Ecclesiæ ducebatur, is certe didicerat, detrahendum existimationi proximorum non esse, quos ignoraret pertinacitèr esse malos; idque moliri, curare, agere, quod esse aliis detrimento posset. Quin etiam planè intelligebat, accusari Jansenismi oportere neminem, quem unam aliquam damnatarum Jansenii propositionum tueri, non satis esset exploratè notum; quod certè ille non videbat, ut

ut cadere in Guillelmum le Roi poſſet, qui tam non adhæſiſſe iis propoſitionibus ſe oſtendebat, ut ipſas meritò ab Innocentio X. fuiſſe damnatas profiteretur (1); ſincere ne, an ſimulatè, non diſputo, cum ne Palafoxii quidem eſſet de ſenſu cujuſquam intimo judicare. Qui ſanè Palafoxius id ſtudiosè compleverat opere, quod multo poſt ab Innocentio XII. conſtitutum fuit, (2) ut ne quem Epiſcopi Janſeniſmi nomine traduci paterentur, quem non legitimè conſtitiſſet, aliquam proſcriptarum Janſenii propoſitionum defendere.

Quod vel ipſis accuſatoribus confitendū eſt.

XI. Age vero, ecquid Palafoxius laudi Guillelmo dederat? *Varon* eum *eſpiritual* appellarat. (3) Qui autem *Varon eſpiritual* Hiſpanis, is eſt vir, qui in *ſpiritualibus* re-

(1) Nam biennio etiam poſtquam Palafoxius deceſſerat, Guillelmus le Roi in Epiſt. quam ad Arnaldum dedit, quæque extat Tom.3.Epiſtolarum ejuſdem Arnaldi,appellavit *mauvaiſe doctrine*: *pravam doctrinam*, eam, quæ propoſitionihus quinque damnatis continetur pag. 318. Confer Arnaldi Epiſt. 70. ad eumdem le Roi pag. 329. Tom. ejuſd. edit. an. 1727.

„ (2) In Brevi diei 6.Febr. an.1649. ad Epiſcopos Belga„ rum dato: Fraternitatibus veſtris injungimus, ne ulla „ ratione quempiam *vaga iſta accuſatione*, & *invidioſo no„ mine Janſeniſmi traduci*, *aut nuncupari ſinatis*, *niſi prius* „ *ſuſpectum eſſe legitimè conſtiterit*, *aliquam ex his propoſi„ tionibus* (Janſenianis nempe) *tenuiſſe*.

(3) Palafoxius Epiſtola Paſtorali *Paragrapho* IX. *pagina* 344. *Tom.* III. *part.*1.

rebus verſatus ſit, aut qui, ut Latini ajunt, *pietati in Deum* det operam. Quid? An deinceps negandam hanc appellationem putaſſet ei, quem verſatum ſcribendo in ſpiritualibus rebus fuiſſe manifeſtum erat; & in cujus perſonam nihil fuerat ab Sede Apoſtolica conſtitutum? Guimenii ecce, Harduini, Berruyeri &c. libros ſolemnibus Sacrarum Congregationum, Pontificumque Maximorum Decretis damnatos fuiſſe novimus; neque libros ſolum, ſed etiam propoſitiones, id quod Divionenſi Theſeos *de peccato philoſophico* adſertori; Suareſio; Berruyero ipſi, aliiſque accidiſſe liquet. Quotus autem quiſque obtrectatorum Palafoxii eſt, qui hoſce Scriptores pietatis adverſarios dicat; immo qui planè orthodoxos, pioſque non dicat? Quod ſi hos, quorum ſunt dogmata quædam judicio Sanctæ Sedis reprobata ut *falſa*, ut plena *ſcandali*, & *temeritatis*, ut *erronea*, atque etiam ut *hæretica*; ſi hos, inquam, non ſolum *orthodoxos*, ac *pios* appellare; ſed tueri quoque adverſus eos, qui ſecus arbitrentur, Palafoxii accuſatoribus licet; quid eſt quod verba *Varon eſpiritual*, quæ ille, dum de Guillelmo ageret, uſurparat, iidem ipſi accuſatores ei fuiſſe revocanda pugnent?

 Cu-

Cujus quidem Guillelmi non modo integra per Sedem Apoſtolicam erat perſonæ exiſtimatio ; ſed etiam ſine ulla propoſitionum cenſura proſcriptus liber ita , ut jam omnes pernoſcerent , non (ut in operibus Guimenii , Berruyeri &c.) certam in eo pravitatem fuiſſe deprehenſam ſententiarum ; ſed periculum , ne quæ minus explicate , quæ loquutione incauta (1) , quæ duriter expreſſa complectebatur , raperentur in pejorem partem ; *occaſionemve* (2) Janſeniani alicujus dogmatis adſerendi , ob verborum ambiguitatem, præberent; *puſilliſque* Eccleſiæ *ſcandalo* , ſeu offenſioni eſſent . Quod ſane *periculum* ab *le Roi* incogitantia , non malignitate , perfidiave inlatum exiſtimans Palafoxius , ut qui pie de proximo cogitaret (3) ; quod , inquam, periculum Palafoxius , ut

(1) Aug. lib. de Geſtis Pelagii cap.1. num.2. p.129.Tom. 10. edit. Antuerp. 1700. Alia eſt , inquit , cauſa fidei non ſanæ ; alia *loquutionis incautæ* .

(2) Nam Decretum Sacræ Inquiſitionis *diei* 23. *Aprilis an.*1654.ut eſt in *Indice Librorum prohibitorum*, *Alexandri VII. juſſu*, *Romæ edito an.*1664. *pag.*364. *ſqq.* non fert , libris omnibus , quos damnat , propoſitiones Janſenii contineri ; ſed hoc poſcit ſummum, nihilque præterea : proſcribi , damnarique eoſdem libros ; *ne* OCCASIONE DOCTRINÆ (JANSENII) IN MENTES CHRISTIFIDELIUM ALIQUOD DUBIUM , VEL ERROR IRREPAT .

(3) S. Auguſtinus *ibid. cap.*11. *num.* 4. *pag.* 130. dixiſſe , inquit , Pelagium in Eccleſiaſtico judicio, ſe contra errorem ſen-

ut mox ostendam, depulerat anno ipso ante, quam liber ejusdem *le Roi* a Sancta Inquisitione proscriptus esset. Redeo ad verba *Varon espiritual*. Horum vis non ea apud Palafoxium fuit, ut is nihil in viris, quos *Varones espirituales* vocasset, emendandum, nihil castigandum, nihilque coarguendum esse arbitraretur. *Varon* enim *espiritual* appellarat P. Andream Radam Præfectum Mexicanæ Provinciæ Jesuitarum (1): at quam multis ipsum, ac merito quidem, reprehendit n. 683. *sqq. Defensionis Canonicæ*? Si autem quem adeo graviter coarguit, *Varon espiritual* nominandum duxit; quid obstitisset, quo minus perinde *Varon espiritual*

 Guil-

sentire (quemadmodum Guillelmus le Roi etiam post damnatas quinque Jansenii propositiones, easdem ab se damnari confessus est) „ sed suæ sententiæ non CIRCUMSPE„ CTA VERBA POSUISSE, & ideo fidem suam esse ap„ probandam, LIBRUM EMENDANDUM „. Pergit Augustinus: „ Est enim, ut scriptum est, qui LABITUR „ IN LINGUA, & non in corde. Quod si diceret „ (*Pelagius*: addam ego: *& le Roi*) „ vel si dicat; QUIS EISDEM „ VERBIS INCAUTIUS, NEGLIGENTIUSQUE „ CONSCRIPTIS NON FACILLIME IGNOSCAT, „ cum sententiam, quam verba illa continent, non defen„ dat, sed eam dicat suam, quam veritas probat? Hoc e„ tiam & pios judices (*Concilii Diospolitani*) cogitasse cre„ dendum est „. Cur ergo idem non cogitasset de Guillelmo Palafoxius, & quidem pie, præsertim ante Guillelmiani libelli condemnationem?

(1) *Defensa Canonica n.683. pag.403. Tom.XII. opp.Edit. Matrit. an.1762.*

Guillelmum *le Roi* diceret, etsi emendandum, castigandumque putasset; quemadmodum reipsa eum correxit, & castigavit, ut post demonstrabimus?

Qui tamen Accusatores specie tuendi Decreti Sanctæ Inquisitionis, criminantur Decretum Sacræ Congregationis Rituum Clementi XIII. probatum.

XII. Sed miramini accusatorum calliditatem, qui cum Decretorum Sacrarum Congregationum defensores, ac vindices videri velint; tum improbè ipsa conantur evertere. Sacra Inquisitionis Romanæ Congregatio, quæ Anno 1654. in vetitos libros Opusculum Guillelmi conjecerat; in Epistolam Pastoralem Palafoxii (accusantibus licet, ut proclive est credere, adversariis) nihil duxerat decernendum. Quin etiam Sacræ Rituum Congregationis Decreto, annuente Clemente XIII. P. M. declaratum est Anno 1760. scriptis *Ven.* ejusdem Episcopi (in quibus Epistola illa pastoralis erat) nihil contineri, quod minus orthodoxum, minusque pium esse videretur. Sed quid demum commenta est vaferrimorum hominum *infelix astutia*. Hi tuendi prioris Decreti specie, auctoritatem posteriori omnem, fidemque adimere studuerunt. Nam fidenter caussati, quinque damnata dogmata Janseniana fuisse ab Sacra Romana Inquisitione in Guillelmi le Roi opusculo deprehensa; eoque nomine id opusculum fuisse

ſe proſcriptum; ac proinde damnatam item, etſi non verbo, re tamen fuiſſe Paſtoralem Epiſtolam, in quam ex Opuſculo ipſo quinque eadem confixa dogmata Palafoxius derivaſſet; quarum certè rerum ne umbra quidem aut in Decreto Sacræ Inquiſitionis, aut in ullo Monumento extat, cui fidi ſatis tutò poſſit: hæc, inquam, ut falſo, ita fidenter de ſanctæ Inquiſitionis decreto cauſſati; in S. Rituum Congregationis Decretum invecti contumelioſiſſime ſunt (1), quaſi hoc probata,

(1) Sic enim Sycophantæ in Epiſtola Pſeudo-Ultrajectina mendaciter de Opuſculo Guillelmi, de Eccleſia Romana, de hoc Sac. Rituum Congregationis Decreto ſcribunt pag. 6. „ C'eſt ce petit Ouvrage (Guillelmi le Roi) accablé... ſous le „ poids de tant de condemnations, qui reſſuſcite aujourd'hui „ de ſes propres cendres. C'eſt Rome elle mème, qui apres „ lui avoir donné la mort, lui redonne la vie: qui apres l' „ avoir diffamé, le rétablit dans toute ſa reputation, & lui „ rend toute ſa gloire; qui apres l'avoit declarè hæretique „ (mentitur impudentiſſime. Ubinam enim à Sancta Sede; aut à Sancta Inquiſitione hæreticum unquam fuit id Opuſculum declaratum? Nullibi certè)„ Le declare catholique „ (rurſus mentitur; nam eſt item hæc dolo, mendacioque à Sycophanta conficta declaratio) „ Liſez le Decret, qu'elle „ publia le 16. Decembre 1760. elle l'y canoniſe en approu- „ vant la lettre Paſtorale du Ven. D. Jean de Palafox &c. „ Eſt hæc quoque impudens calumnia. Falſum enim perſpicue eſt, Sacram Congregationem probando Epiſtolam Palafoxii, ac cetera ejus opera, probaſſe etiam, quæ Guillelmi Opuſculo continentur. Id nos demonſtrabimus, ſed tempore. Jam vero Sacræ Congregationis Decretum, quod hi carpunt, hujuſmodi eſt: „ Quæ quidem opera (Pa- „ lafoxii) impreſſa typis, ac manuſcripta per Theologos a „ cla-



bata, veluti catholica, sint opera, quæ priori decreto notata hæreseos, dirisque devota fuissent. Nimirum hi sycophantæ simulatores singularis studii, insignisque erga Sedem Apostolicam pietatis, non quod ea, ejusque Magistratus docuerint, decrerint, publicarint; sed ipsi quod fingunt, ipsisque, quod lubeat, si modo lubeat, probant: ut se jam, non ut obedientes filios, quales se jactant, sed ut illius judices Constitutionum, atque Decretorum gerant. Et istiusmodi tamen Accusatores, qui tam injurii Romanæ Sedi, tam contumeliosi in Sacras Congregationes, tam impudenter mendaces sint, fidem se acquisitu-

„ cla. mem. Cardinalibus Casanate, & Porzia olim Causæ „ Ponentibus in Revisores electos, ac nuperrime per novos „ Theologos in Revisores ab Eminent. Cardinali Passioneo „ hodierno Ponente deputatos diligentissimè revisa, atque „ examinata fuerunt: cumque a prædicto Emin. Ponente „ in Sacra Rituum Congregatione habita sub infrascripta „ die omnium dictorum Revisorum fuerit relata sententia, nimirum in prædictis operibus juxta Decretum supra „ laudatum Urbani VIII. nihil reperiri contra fidem, vel „ bonos mores, neque contineri doctrinam aliquam novam, „ & peregrinam, atque a communi sensu Ecclesiæ, & consuetudine alienam; ipsa Sacra Congregatio omnibus mature perpensis, ac audito R.P.D. Promotore Fidei, unanimi Eminentissimorum Suffragantium sensu rescribendum „ censuit, posse procedi ad ulteriora, reservato jure Promotoris Fidei opponendi suis loco, & tempore, si SS.D.N. „ placuerit. Die 9. Dec. 1760. Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem SS. D. N. Relatione, Sanctitas Sua benignè annuit die 16. ejusdem Mensis An. 1760.

turos, laudemque apud Orthodoxam plebem, quaſi ſtudio ducantur veritatis, ſibi paraturos ſperant!

XIII. At Arnaldus. Jam iſtuc veniebam. Nam eſt hoc alterum ipſorum Criminationis caput. Quo de capite antequam dicere aggrediar, licebit mihi de Arnaldo, ejuſque ſimilibus multo etiam æquius dicere, quod dictum ab S. Hieronymo de Paulino, de Meletio, deque Vitali Antiochenis Præſulibus fuit: Anonymum *de la Morale Pratique* Auctorem *non novi*; Arnaldum *reſpuo;ignoro* Pſeudo-Paulum Irenæum. *Quicumque* cum Sede Apoſtolica *non colligit, ſpargit. Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens,beatitudini* Clementis XIV. *ideſt Cathedræ Petri communione conſocior. Super illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc Domum Agnum comederit, profanus eſt. Si quis in Arca Noe non fuerit,peribit regnante diluvio. A Sacerdote victima ſalutem; à paſtore præſidium ovis flagito* (1). Quid enim Arnaldianis auſcultemus, qui cum *novi*, *recenteſque venerint*, tum æſtu quodam incitati; non veritatis amore, ſed uno ſtudio ducerentur adſcititiis

Deſcendit auctor ad alterũ criminationis Berruyerianæ caput. Negat ſe Arnaldo quidquã tribuere. Ait, Apoſtolicæ Sedi ab ſe tribui auctoritatem, eique ſe dicto eſſe perpetuo audientem. Miratur Berruyerianorũ ſycophantarũ ſtuporem, vel impudentiam, qui cum Arnaldum de ſe ipſis teſtem recuſẽt, tum teſtem eſſe contra Palafoxium velint.

(1) S.Hier. Ep. ad Dam.Papam num.2. Tom.prim.Epiſt. Rom. Pont. Edit. Pariſ. Couſtantii Anno 1721. p. 546.

fautoribus augendæ factionis suæ? Nunc ad rem. Quæro ex Ven. Palafoxii Accusatoribus, veracem ne Testem Arnaldum, an mendacem velint? Si veracem, cur ejus de Confusianorum Rituum adprobatoribus, deque depràvatoribus ethices Christianæ testimonium & frequens, & publicis plerumque Monumentis nixum recusant? Sin mendacem; quid caussæ est, cur non adversus ipsum, opinionem, quæ una omnium Orthodoxorum communis, & constans de virtute Palafoxii est, tuendam; sed obscurandam, atque obruendam putent, consociata cum Arnaldo irrogatione injuriæ, quem falsum esse testem confiteantur? Atenim Palafoxium Arnaldus, ejusque symmystæ laudant. Ridiculum! Quasi verò qui mendax vituperando sit, idem esse laudando mendax non possit. Næ hi Palafoxii osores Clementem VIII. & Clementem IX. Pont. Max.; cumque his plures (1) doctrinæ, virtutisque laude excellentes viros præformatores fuisse statuent, systematis

per-

(1) „ Dans le Necrologe des plus celebres Defenseurs, & „ Confesseurs de la verité du dix-septieme Siecle „. Edit. an. 1761. Tom. I. pag. 1. ponitur Clemens VIII. pag. 118. Clemens IX. pag. 5. Guillelmus Estius: pag. 9. Ven. Lanuza Episcopus Albaracinensis: pag. 11. Thomas Lemosius Scholæ Thomisticæ adsertor, & vindex &c.

pervicacium *refractariorum*; propterea quod hi *refractarii* magno illos cum honore in suo Necrologio nominent. Neque vero id solum statuent; sed sanctas etiam Perpetuam, & Felicitatem, Sanctosque Augustinum, & Cyrillum Alexandrinum deturbari, eliminarique è cælis oportere, quod illas Montanistæ; hos Eutychiani, & Berengariani Sectis suis aut addictos fuisse, aut prælusisse prædicarent.

XIV. Perpendite nunc jam, ecquid testimonium, quod jactant, Arnaldi ferat. Is, inquiunt, in opere *de la Morale Pratique* (1) Guillelmum le Roi fuisse à Palafoxio appellatum scribit, *virum maximum, admodum spiritalem*: „ Tres grande Personnage, „ fort spirituel „. Miramini sycophantarum iniquitatem. Si de quovis alio, quem hi cane pejus, & angue non oderint, scripta hæc ab Arnaldo fuissent, Deum ipsi atque homines testarentur. Fide agi mala clamarent. Nimis hæc ampliter jactari dicerent, ut incauti decipiantur, virosque sanctos cum Jansenianis societatem inisse credant. Nihil Virum *Venerabilem* usurpasse, quod verbis gallicis *tres grande*, & *fort spirituel* respon-

Actum fuit de Palafoxio ab Arnaldo fide non bona. Attribuit namque is nonnulla Palafoxio, quæ Vir Ven. nusquā dixit: qua re ostenditur, quam sit non ferenda accusatorū iniquitas.

(1) Tom. IV. de la Morale Pratique part. 3. art. 3. pagina 246. Edit. An. 1690.

reſpondere poſſit. Sed quoniam de Palafoxio, cui perpetuum, idque acerrimum indixere bellum, litteris hæc ab Arnaldo fuiſſe conſignata cernunt; hæc eadem (obliti notarum fraudis, doli &c. quas crebras, & inſignes Arnaldo ipſi, Arnaldianiſque inuſſerunt) cupide adoptant ſibi; conflandæque invidiæ cauſſa, ut veracitèr de Palafoxio ſcripta venditant. Verumtamen quid cum iis agamus, qui neque jus, neque bonum, neque æquum ſciunt: melius, pejus, proſit, obſit, nihil vident, niſi quod lubet.

Narrat quidē Arnaldus probatam Palafoxio fuiſſe doctrinam Guillelmi le Roi. Non quid Arnaldus, ſed quid Palafoxius ea de re ſcripſerit, eſt diſquirendum. Afferri proinde huc Ven. Viri verba oportet.

XV. Atenim Arnaldus non modo Guillelmum, ſed ejus etiam doctrinam libello *de la Priere &c.* comprehenſam à Palafoxio mirificè fuiſſe celebratam, narrat. Quid is narraverit, non laboro; quam autem parum ad Palafoxii ſententiam accommodatè narraverit, multo laboro minus. Non enim nobis eſt curæ, quid is, ſed quid Palafoxius ſenſerit. Sunt autem hæc Vener. Viri de Guillelmi libello differentis hiſpanica cum latina ipſorum verſione verba:

Hæc longe ante ſunt ſcripta, quam, de Guillelmi libello proſcribendo cogitatū eſſet; immo etiā ante, quā

Nos pareciò imitarlo, y aumentar ſus afectos y repetir con menos conocimiento las miſmas luces, que ſantamente ofreciò, y trasladarlas à los oidos de nueſtros ſubditos, y ponerle delante eſte paſto, eſſe plato eſpiri-

Nobis viſum eſt, ipſum imitari, & augere affectus ejus. ac repetere minore cognitione eaſdem luces, quas ſanctè obtulit; eaſque transferre ad auditum noſtrorum ſubditorum; ipſiſque coram ponere hoc

ritual, esperando en Dios Autor de todos los bienes, que se han de aprovechar de esta segura doctrina; haciendo se en todo dependientes de la Divina Bondad suspirando, y clamando dia, y noche, por tenerla muy servida, procurando su gracia, y con ella obrar de suerte, que puedan esperar humildes, y confiados en Dios, que les ha de ser la muerte principio de eterna vida.

hoc pabulum, hoc obsonium spirituale; sperantes in Deum Auctorem omnium bonorum, fore, ut tuta hac doctrina fructum referant, reddentes sese in omnibus dependentes à Divina Bonitate, suspirantes, & clamantes diu noctuque, ut ei optime inserviant; curantes obtinere ejus gratiam, eaque sic operari, ut expectare humiles possint, atque cofidentes in Deum, mortem ipsis futuram initium æternæ vitæ.

Jansenii propositiões quinque damnatæ fuissent ab Apostolica Sede. Nihil proinde suspicatus est mali de persõa Guillelmi Palafoxius; qui in ejus etiam libello perplura bonæ frugis legerat.

Hæc Palafoxius scripserat (1) IV. Non. Februar. An. 1653. mensibus fere quatuor, antequam Jansenii propositiones quinque damnatæ ab Innocentio X. fuissent; (2) annoque ipso, antequam de Guillelmi le Roi opusculo proscribendo esset cogitatum (3). Legerat autem ille in eo libello perplura piæ, sanctæque sententiæ, quæ certè esse norat ex Patribus, imprimisque ex Augustino. Ea vero Vir optimus, cur *sanctè oblata* non dixisset ab homine, in quem tunc nulla cadere jure posset erroris suspicio, cujusque libellus circumferebatur, legique ab omnibus impune, libereque poterat? Quod si quæ-

(1) Ep.Pastor.num.9.pag.344.Edit.Matrit.1762.To.III.

(2) Damnatæ propositiones illæ fuerunt Anno eodem prid. Kal. Jun.

(3) Proscriptum enim id Opusculum fuit die 23. April. An. 1654.

quædam legendo in eo offenderat ambigue, ut ante animadverti, minus recte, duriter enunciata; non erat certe, cur in deteriorem partem vertenda, ac censura notanda judicaret, cum operibus asceticis illustrium etiam virtutis laude Catholicorum, ut in Tauleri, in Rusbrokii, in Bæzæ, in Rodriquesii, aliorumque, quos recensere non vacat, libris, litterisque implicite nonnulla, minus accuratè, minusque castigate expressa contineri sciret; cumque nihil esset, cur male de Guillelmi fide suspicaretur; aut cur non Augustini sententiam sequutus (1), illa castiganda, ac determinanda sensu catholico judicaret; eoque pacto, de Proximo, in quem nihil adhuc decrevisset Ecclesia, benè (ut Christiana caritas poscit) cogitans, *sanctè*, hoc est, pio animo ab eo proposita esse diceret? Post annum, mensesque ferè tres interdictum Christianæ plebi est, ut ne libellum ipsum Guillelmi legere, retinereque auderet. Quid tum Ven. Viro agendum prudenter fuit? Malone animo, non sano, non pio induxisse Guillelmum animum ad scribendum, dicere debuit? Sed quo tandem modo

Ne post quidē quam libellus Guillelmi proscriptus a San. Rom. Inquisitione fuit, secus debuit de Guillelmo judicare Palafoxius; alioquin plus sibi ipse

(1) S. August. Libro de Gest. Pelagii cap. 2. n. 4. p. 130. Tom. X. = Fidem ejus (qui recte sentiat, non recte scribat) esse adprobandam, librum emendandum. Est enim, ut scriptum est, qui labitur in lingua, & non in corde =.

do integrum id ei fuiſſet, cum de perſona, de animo, de fide Guillelmi nihil ſancta Inquiſitio decreviſſet, adeo ut liberum cuique ſiverit de ejus Viri ſenſu intimo, *intentioneque*, ut ajunt, ſcribendi bene (ut Chriſtiana caritas exigit) cogitare? Annon ſi quid ſenſus, *intentioniſve* pravæ Palafoxius Guillelmo objeciſſet, plus ſibi temere ſumpſiſſet, quàm ſancta Inquiſitio ſtatuiſſet? Quid? Propoſitioneſne impias, aut hæreticas, aut erroneas, aut falſas &c. Guillelmi libello comprehendi ſancta ipſa Inquiſitio ſuo illo Decreto monuit? Nihil minus. Nam in numerum quidem librorum vetitorum eum rejecerat, nulla propoſitionibus, quæ ipſo continentur, inuſta cenſura. Id cum ita ſit, quî demum auſus fuiſſet Palafoxius, contra atque Apoſtolica Sedes faciundum putaverat, propoſitiones eodem libello contentas, aut hæreſeos, aut erroris, aut impietatis, aut falſi nomine poſtulare? Igitur ſi neque improbè ſeſe ad ſcribendum contuliſſe Guillelmum; neque ei propoſitiones excidiſſe aut erroneas, aut hæreticas, aut falſas &c. dicere Palafoxius poterat, etiam poſt Guillelmiani libelli proſcriptionem; ecquid ſibi agendum judicaſſet?

fuiſſet arrogaturus, quā ſanctæ Sedis Decreta poſcerēt.

ſet? Id ei unum reſtaiſſet ſcilicet, ut ſi quæ ex eo libello accepiſſet, quæ minus caſtigate propoſita fuiſſent, corrigeret. Atqui hoc multo jam ante Vir ſummus perfecerat, quam libellus idem proſcriptus eſſet. Nil ergo ei deinceps ea de re faciendum ſupererat. Neque vero quidquam amplius ex eo Sedes Apoſtolica poſtulavit. Profectò res erat ſatis omnibus explorate cognita, multa Palafoxium ex eodem libello in ſuam Paſtoralem Epiſtolam derivaſſe. Quod ſi minus id ſacris Congregationibus Romanis fuiſſet notum, id ipſum, ut eas diù lateret, non commiſiſſent Ven. Viri hoſtes, qui & attenti erant, & vehementes, & occaſiones quaſque illius accuſandi captabant. Nihilo ſecius Sancta Inquiſitio, quæ libellum Guillelmi in ſeriem vetitorum rejecerat; quæque poſt, ob Janſeniſmi ſuſpicionem, & Epiſtolas quorumdam Epiſcoporum, & Ritualem etiam librum Antiſtitis Alectenſis damnavit; neque notandam Paſtoralem Epiſtolam Palafoxii; neque exigendum ab eo duxit, ut quidquam eorum, quæ ſcripſerat, revocaret, clariuſve exponeret, ſed liberum potius eſſe cuique permiſit, ut eamdem Epiſtolam Paſtoralem legeret, typiſque, ſi vellet, re-

Neque plus quidquā a Palafoxio Sacra Congregatio poſtulavit: nā hæc, proſcripto Guillelmi libello, immunē reliquit ejuſdem Ven. Præſulis Epiſtolam Paſtoralem.

recudendam curaret, id quod novimus, apud Belgas, Hiſpanoſque (1) (frementibus licet adverſariis) felicitèr deinceps fuiſſe, magnoque populi Chriſtiani uſu, fructuque factum. Si ergo, ut eſt animadverſum, nihil plus à Palafoxio Apoſtolica Sedes petierat; & ratio ipſa monebat, ut nihil plus ille de Guillelmi libello ſcriberet, quam ſcripſiſſet; quid eſt, quod accuſatorum habenda ſit ratio ex Ven. ipſo noſtro Præſule palinodias poſcentium? Qui certè accuſatores, ſi perſtant, eo demum adducantur, neceſſe eſt, ut Palæſtinos quatuordecim Epiſcopos, qui ſæculo V. Dioſpolitanam Synodum celebrarunt, è piorum numero excludendos putent. Nam hi Epiſcopi Pelagium Hæreſiarcham Anathema erroribus quibuſdam ſuis dicentem (2), ac ceteros in alienam ſententiam (3) partim contorquentem, partim adhibitis ambiguis, immo malè *ſonantibus* (4) vocibus, implicantem, benignè interpretati, ratique *aliquo modo*, quæ reſponderat, *accipi recte poſſe* (5), dimiſe-

Accuſatores, ſi reprehendere pergant Palafoxium, minus inique reprehēſuri ſunt Palæſtinos Epiſcopos, qui ſæc. V. Synodū Dioſpolitanā celebrarunt; quos tamen Auguſtinus pios, ſanctos, catholicos Judices appellat.

(1) Vide Monitum in Epiſt.Paſtor.Palafox.Tom. 3. ejuſdem operum Edit. Matrit. An.1762. pag.339.

(2) Vide S.Auguſt.lib.1. de Geſtis Pelagii cap.6.pag.135. num.16. Tom.X. & cap. 19. num.43. pag.145.

(3) Ibid. cap.1. num.2. pag.229. & alibi ſæpe.

(4) Ibid. cap.14. num.32. ſeq.

(5) Ibid. cap.17. num.41. pag.144.

miſerunt uti *piis ſententiis, doctriniſque conſentientem* (1): neque poſt (quamvis ab iis ſe abſolutum idem ille Pelagius gloriaretur (2)) quidquam in eum ſcribendum, aut quæ decrerant, revocanda, vel exponenda clariùs cenſuerunt; cum ex Actis Synodi ſuæ, ſi legerentur, intelligi planè poſſet, quam accuratè omnia, quamque exactè ad EccleſiæCatholicæ dogmata decreviſſent (3). Quod ſi hos accuſare non audent ſycophantæ, propterea quod *Pios* (4) ab Auguſtino, *Sanctos* (5) *Catholicos Judices* (6) appellatos norint; quæ feret cauſſa, ut accuſare audeant Palafoxium corrigentem, quæ minus accurata deprehenderat in libello Guillelmi; Guillelmi, inquam, qui non, ut Pelagius, pravas cujuſpiam opiniones tueri ſe diceret, ſed perpetuo averſari ſe, damnareque quinque confixas ab Innocentio X. propoſitiones eo

(1) Ibid. cap.35. num.60. pag.150. cap.20.num.44.p.145.
(2) Cap.21.pag.145. num.45.& cap.30.num.54. pag.148.
(3) Sanct. Auguſt. ibid. cap.1. & ſeq. & prooem. num.1. & ſeq. pag. 129. & ſeq.
(4) Ibid. cap.2. num.4. pag.130.
(5) Ibid. cap.1. num.2. pag.129.
(6) Ibid. cap. 7. nu. 20. pag. 136. „ Quod ſi diceret (Pe„ lagius) vel ſi dicat, hoc ſe quidem & ante ſenſiſſe, quod „ nunc in Eccleſiaſtico dixit examine, quis aliis ejus verbis „ incautius conſcriptis non facillimè ignoſcat, cum ſenten„ tiam, quam verba illa continent, non defendat, ſed eam „ dicat ſuam, quam veritas probat. Hoc etiam pios Judices „ cogitaſſe credendum eſt „. Hæc ego, etſi ante deſcripſeram; tamen repetenda duxi.

eo plane ſenſu, quo ab Apoſtolica Sede damnatæ fuerant, profiteretur (1). An Pelagio parci debuiſſe dicent; Guillelmo contra non debuiſſe, quod hic in Janſeniſmi ſuſpicionem vocatus ſit; ille vero, etſi poſt ab Synodis Africanis, atque a Pontificibus Maximis condemnatus hæreſeos, adeo tamen ab Janſeniſmo diſtarit, ut gratiam Chriſti Servatoris ſuſtulerit, *neque* ita Scripturæ teſtimonia *intellexerit*, ut exiſtimaret, *quod gratia Dei ſic laboret cum homine*, *ut*, *quod non peccat*, *non volentis*, *neque currentis*, *ſed miſerentis ſit Dei?* Hæc ſi Berruyeriani Obtrectatores Palafoxii reſponderint, non mirabor, quorum novi, quæ ſit doctrinæ cum dogmate Pelagiano affinitas. Verum hoc tenebo, ſi *pii*, ſi *ſancti*, ſi *catholici* Palæſtini illi Antiſtites ab Auguſtino (quo vindice gratiæ, atque magiſtro gloriamur) habiti ſunt; multo juſtius Palafoxium in *catholicis*, in *piis*, in *ſanctis* eſſe numerandum.

XVI. Sed Archiepiſcopus Ebredunenſis (2) *falſas*, *male ſonantes*, *piarum aurium offenſivas*, *ſcandaloſas*, *pernicioſas*, *temerarias*, *hære-*

Parvi refert, quod Archiepiſcopus Ebredunenſis ſecus de Guillelmi le Roi libello ſtatuerit, quam Palafoxio viſū eſſet. Palæſtinus Accuſator pag. 6. col. 2.

(1) Vide ſupra pag. 16. hujus noſtræ Epiſtolæ adnotation. 1.

(2) Ita quidem in Palafoxium diſputat Pſeudo-Ultrajectinus Accuſator pag. 6. col. 2.

foxius *suam*, non Guillelmianā doctrinam appellavit *tutam*.

hæreseos suspectas, *impias*, *faventes hæresi*, *erroneas*, & demum *hæreticas*, *damnatasque* jam *propositiones* eo libello Guillelmi le Roi comprehendi testatus est *die* 20.*Jan.An.*1734. epistola quadam Pastorali sua : & nihilo tamen minus Palafoxius doctrinam libello eodem Guillelmi comprehensam *segura doctrina*, *TUTAM DOCTRINAM* appellat, ut *pag*. 27. vidimus. Primum de nostro Antistite; postmodum de Ebredunensi disseram. Nego igitur Nostro *tutam* fuisse visam doctrinam, ut proposita a Guillelmo le Roi fuerat. Nam Noster idem (Palafoxius) *de esta*, *DE HAC*, non *de illa doctrina* dixit. De sua igitur, hoc est de ea, ut explicata ab se fuerat, doctrina, loquutus est; non ut proposita ab Guillelmo. Age vero, quo tandem modo *segura*, *TUTAM* appellasset eam, ut proposita a Guillelmo fuerat; si Palafoxius ipse eamdem a Guillelmo propositam explicandam, atque ad catholicum sensum redigendam duxit? Venio ad Ebredunensem. Non quæro, quisnam fuerit huic Archiepiscopo attributæ Pastoralis Epistolæ Auctor. Novimus, a quo genere hominum diu is idem Archipræsul circumveniri se siverit. Hoc miror, adversus Episcopum Palafoxium nominari Ebredunensem illum, qui etsi par eidem Pa-

Palafoxio dignitate, auctoritateque Episcopali fuerit; nescio tamen, an doctrina, laudeque virtutis. Quamquam illud scio, ne his quidem animi ornamentis eum fuisse Palafoxio ipso præstantiorem. Fac tamen fuerit præstantior; an ei nos auscultemus, non Apostolicæ Sedi, quæ nulla ejusmodi censurarum res libello eodem comprehensas notaverit?

XVII. At Alexandri VII. Decreto, quod editum XVII. Kal. Novem. An. 1656. fuit (1), Palafoxius, contra atque virum recte institutum decebat, Arnaldum imitatus, non paruit. Grave id quidem. Verum undenam constat? Ecquid enim Alexander decreverat? Rejecit ille in numerum vetitorum libellos, quibus damnata Jansenii dogmata continebantur, sed opusculi Guillelmiani non meminit. Quæ igitur ista tam effrons accusatorum impudentia est, ut libellum, cujus est nulla ab eo Pontifice facta mentio, confidenter, velut confixa illa dogmata complectentem, ab eodem Pontifice fuisse notatum, prædicent; nostrumque Antistitem, non quod restiterit umquam, sed quod deinceps ta-

Calumniantur sycophantæ, qui Decretum Alexan. VII. Palafoxio objiciunt; quasi vero is ei decreto, Arnaldũ imitatus, repugnarit. Alexãder in eo Decreto nõ meminit libelli Guilelmiani: nec tamen quidquã pro eo libello deinceps dixit Palafoxius, unde quisquam minus ipsum fuisse ei Decreto obedientem suspicaretur. Sed accusatores, cum festucam in alieno

(1) Incipit hæc Alexandri Constitutio: *Ad Sanctam Petri Sedem* &c. in ea non solum Opusculi Guillelmi de Roi, sed ne alterius quidem cujusquam, præterquam Janseniani libri, distincta fit mentio.

oculo videre se simulent, nō vident trabem in suo.

tacuerit, insectentur, reumque violatæ Alexandrinæ Constitutionis agant, etsi is noster Antistes perquam orthodoxe de doctrina ipsa, ut monui, disseruerit? Verumtamen ut magis magisque perspiciatur, quo animo sycophantæ ad accusandum Antistitem ipsum nostrum descenderint, quæram ex Pseudo-Ultrajectino, noritne, gravissimis Decretis Pontificum Maximorum Benedicti XIV. & Clementis XIII. non libros solum proscriptos, sed propositiones etiam Isaaci Berruyeri fuisse damnatas? Novit profecto. At hosce libros (doctrinæ, quam continent, propagandæ caussa) commendare nonnulli, celebrare, proponere ad legendum Christianæ plebi, in asceteria denique Sacrarum Virginum importare non dubitaverant. Quid autem hi, post ubi & notatos eosdem libros, & rejecta, Sedis Apostolicæ auctoritate, dogmata Berruyeri cognorunt, revocarunt ne, quæ ante in laudem eorum dixerant? An non pars ipsorum timore compressa tacuit (1); pars ita se gessit, ut caussa fuerit, quamob-

(1) S.August.Epist.194.al.105. ad Sixtum Rom.Presbyt. cap. 1. n.2. pag. 545; Tom. 2. „ Sunt quidam, qui justissime „ damnatas impietates adhuc liberius defendendas putant;& „ sunt, qui occultius penetrant domos, & quod in aperto „ jam clamare metuunt, in secreto seminare non quiescunt: „ Sunt autem,qui omnino siluerunt magno timore compressi, „ sed adhuc corde retinent, quod ore jam proferre non au„dent „. Confer Epist.191.al.104. n.2. pag.540.

obrem illud Auguſtini uſu nobis perſæpe terendum eſſet: *Ab Sede Apoſtolica reſcripta venerunt : Cauſſa finita eſt : Utinam aliquando finiatur error* (1)? Cur in hos non modo calamum non acuendum exiſtimant, ſed tam ſe etiam faciles præſtant Palafoxii Accuſatores, ut hujus refellendi ſpecie, Berruyeriana opinionum portenta (quod mox oſtendam) revocare ex inferis conentur? O ſanctos homines, qui cum feſtucam ſe in alieno oculo cernere ſimulent, non videant trabem in ſuo (2)! Sed longe fuit Palafoxii diſcrepans ratio. Is cum aliorum doctrina, religione, innocentiaque vitæ illuſtrium virorum, tum Sancti Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, ut in adverſis rebus invicto animo perferendis conſtantiæ; ſic etiam in proponenda, tuenda, adſerenda Eccleſiæ doctrina œconomiæ perpetuus imitator fuit. Quare ſi eſt culpandus, quod poſt damnatum Guillelmianum Opuſculum de Guillelmo tacuerit; condemnandus item erit non abſimili Athanaſius crimine. Fuerat is Antiſtes Alexandrinorum Marcello An-

Palafoxiū fuiſſe S. Athanaſii imitatorem.

 cy-

(1) Serm.131. cap.10. pag.449. Tom.5.

(2) „ Eximat, & de oculo ſuo trabem : tunc in oculo „ Chriſtiani ſi quam putat, ſtipulam revincat „ . *Tertullianus lib.IV. contra Marcion. Cap.XVII.*

cyrano conjunctus amicitiæ necessitudine(1). Norat, Marcellum in suis contra Asterium Sophistam libris implicite quædam de Sacrosanctæ Trinitatis Mysterio, impedite, ancipiti sensu, duriter denique comprehendisse (2): hæc tamen vir summus nihil suspicans, metuensque mali, pie intellexerat, utque ab Synodis Romana, & Sardicensi factum fuisse compererat, in orthodoxam flexerat sententiam, atque ita flexa catholica esse affirmarat (3). Certior inde factus, eadem à Marcello aliorsum accipi, atque ipse acceperat (4); nihil opus esse de illo agere, suique excusationem afferre ullam putavit caussa aut explicandorum eorum, quæ in Marcelli ejusdem laudem scripserat, aut tuendæ Orthodoxiæ, & existimationis suæ (5). Nam erat hæc profecto in

(1) Vide Montfauconum Diatriba de caussa Marcelli Ancyrani cap. 5. pag. 62. Tom. 2. Collect. veterum Patrum Edit. Paris. An. 1706.

(2) Confer eumdem ibid. cap. 4. num. 1. & 2. pag. 60. seq.

(3) Apolog. contra Arianos num. 23. pag. 143. Tom. I. ope. S. Athan. part. 1. Edit. Paris. An. 1698. n. 27. pag. 146. num. 32. pag. 150. num. 47. pag. 165. seq.

(4) Nisi enim ita esset, non significasset privatim Sancto Epiphanio Athanasius, *Marcellum non multum abhorruisse ab impietate*. Vide Epiph. hæresi 72. num. 4. pag. 837. Tom. I. Operum Edit. Paris. An. 1622. & Montfauconum Diatriba de Caussa Marcelli Ancyrani ca. 4. num. 3. pag. 61.

(5) Nihil enim tale licet in ejus operibus cernere; etsi ab

in tuto, cum nemo jam esset Catholicorum, qui Athanasiana legens, non plane perspiceret, quo sensu Antistes Sanctissimus Marcelli pronunciata catholica judicasset; quique Marcellum accusans, Athanasium orthodoxum, pium, fidei veræ vindicem non confiteretur: velut id est ultro, ac sæpe confessus Magnus ille Basilius, qui tamen hoc laborabat, atque enitebatur, ut Pastores Ecclesiarum Marcellum ipsum, ejusque dogmata condemnarent. Quid? Si Athanasius libros laudarit Luciferi Episcopi Calaritanorum, neque libros solum, sed studium etiam tuendæ Religionis (1); dein-

ab ipso Basilius contenderet, ut Marcellum ejusque dogmata condemnari curaret. Basil.Ep.69.al.52. ad Athan.Tom.3. Oper. Edit. Paris. An. 1730. pag. 162. seq. num. 2. Pugnat quidem Montfauconus, anno ferè 371. missos ad Athanasium à Marcello legatos, qui ipsi sese purgarent, adeoque Sanctum Athanasium ab eo condemnando sibi temperasse. Verum ea legatio multo fuit anterior novis in Marcellum accusationibus. Recens vitæ Sancti Basilii Magni Scriptor suspicatur, prohibitum tandem a Sancto Athanasio fuisse communione sua Marcellum. Confer vitam ipsam Tom.3.Oper. Sancti Basilii cap. 37. num. 6. pag.167. Sed nihil is Scriptor agit, nam contra manifestum testimonium Epiphanii, perpetuumque deinceps Athanasii silentium de Marcello, nullus esse conjecturis poterit,suspicionibusque locus. Jam vero quam egregie de Sancto Athanasio, quamque contra de Marcello Ancyrano Basilius senserit, constat ex hujus Epistola LIX.pag.161. & Epist.LXXX. pag.173. seq.

(1) Vide Athanasii Epistolam secundam ad Luciferum Calaritanum Tom.I. part.2. Opp. pag.966.

cepſque, etſi defeciſſe illum ab Eccleſia Catholica comperit (1), nihil tamen de ipſo dicendum exiſtimarit? Age vero cum Baſilius Magnus de Trinitatis Myſterio diſſerens grave quidpiam reticuiſſet; eoque nomine (non minus, quam Palafoxius novorum Sycophantarum) iram in ſe arrogantium quorumdam Monachorum concitaſſet, reprehenſuſne fuit ab Athanaſio? An non is potius in Monachos illos acriter invehens ſcripſit. „ Omnino miror temeritatem eo„ rum, qui dilecto noſtro vero Dei famu„ lo Baſilio Epiſcopo obtrectare audent. „ Ex hujuſmodi enim futili loquacitate de„ prehendi poterit, eos, ne Patrum quidem „ confeſſionem diligere? „ (2). Jam cernitis, quam hæc apte in Palafoxii accuſatores cadant. Quos equidem, ut quieſcant, moneo, ac deſinant maledicere, ni velint in ſe item recidere, quæ tunc veluti tela quædam ab Gregorio Nazianzeno conjecta fuere in Monachum ſycophantam Baſilii haud certè ipſis iniquiorem. „ Unde hoc, o ho„ mo

(1) De ſchiſmate Luciferi confer Tillemontium Tom. 7. Monum. hiſt. Eccleſiæ Tit. *Lucifer. Eveque de Cagliari* Art. 5.

(2) Sanctus Athan. *Epiſt. ad Joan.*, *& Antiochum Tom. I. Opp. part. 2. pag.* 956. Vide Sancti Baſilii *vitam* à Monachis Congreg. S. Mauri perſcriptam *cap.* 18. *num.* 5. *ſeq. pag.* 96 *ſeq. Tom.* 3. *Opp. ejuſd. S. Baſilii*.

„ mo vane, atque arrogantiæ nomine no-
„ ve Dathan, & Abiron? Unde nobis dog-
„ matum promulgator venis? Siccine tan-
„ tarum rerum Judicem te ipsum efficies?...
„. Nos ex ea re nihil damni facimus, si ex
„ aliis quoque dictionibus (nostris veritas)
„ certo colligatur. Neque enim in verbo-
„ rum sono potius, quam in mente, &
„ sententia veritas sita est. (1)

Appellati quidem ab Alexādro VII. fuerunt *iniquitatis filii*, qui damnatas quinque propositiones in libro Jansenii nō extare, aut in sensu Jansenii reprobatas non fuisse dicerent; sed in his Guillelmus ab Alexandro nō fuit enumeratus; neque, si idem Guillelmus in eorum se numerum adgregavit, notum id fuit Palafoxio; quare nō oportuit eum accusari a Palafoxio ipso, qui regulas Patrum consectaretur.

XVIII. At ab Alexandro VII. in ea diei 16. Octobris Anni 1656. Constitutione, Nonnulli *iniquitatis filii* appellantur, quod *prædictas quinque propositiones, vel in Libro Cornelii Jansenii non reperiri, sed ficte & pro arbitrio compositas esse; vel in sensu ab eo intento damnatas non fuisse assererent*. In his autem quotus quisque eos numerandos neget, qui cum Arnaldo conjunxerant societatem? Quid hoc ad rem? Quidquamne Palafoxius de *Libro*, *Sensuque* Jansenii Epistola Pastorali sua comprehenderat? An simile quidpiam legerat in Guillelmi Opusculo? Sed quo demum modo, si id *Opusculum* multo ante in lucem prodierat; *Epistola* vero *Pastoralis* etsi non tam multo ante, at ante tamen edita fuerat, quam dam-

(1) S. Gregorius Nazianzenus *Epistola vigesimasexta*, alias *vigesima ad Basilium pag.789. seq. Tom.I. Operum Edit. Colon. An.1690.*

damnatæ Janſenii *propoſitiones* fuiſſent? An ſaltem Alexander in iis *nonnullis*, quos tam graviter arguit, Guillelmum le Roi poni oportere ſtatuerat? Quî tandem, ſi ne nominavit quidem? At enim Guillelmus in eorum ſe numerum adgregaverat. Quibus id effici monumentis poteſt? Ejuſne ad Arnaldum Epiſtolis? Quibuſnam, rogo? Scilicet iis, quas Anno 1661. (1) ſcripſit. Verum de his, quibus nunciis Palafoxius cognoſſet, qui ante annos ipſos duos deceſſerat? Eloquatur nunc Accuſator, eumne, quem, etiamſi cum Arnaldo amicitias colere accepiſſet, non ignoraſſet tamen, illas ab ſe propoſitiones damnari(2)dicere,ſicut abApoſtolica

(1) *Tom.I. Epiſt.Arnaldi ad Annum* 1661. *pag.*317. *ſeq.&* *pag.*324. *ſeq. Edit. Ann.*1727.

(2) Hæc enim ſcripſerat Anno 1655. Arnaldus ad Dionyſium de la Barde Epiſcopum Briocopolitanum *Tom.* 1. *Epiſt.* 26.*pag.* 135. „ Je n'ai point entrepris de perſuader, „ que ces propoſitions ne ſe trouvent point dans le livre de „ ce Prelat (Janſenius). Je n'ai point aſſurè, qu'elles n'y „ fuſſent pas. j'ai dit ſeulement, que je ne pouvois declarer, qu'elles y étoient, parce qu'ajant lû le liure, ma „ conſcience me rendoit ce tomoignage, que je ne les y „ avois pas lues. J'ai été ſi peu diſpoſé à ſouteuir, qu'elles n'y ſont pas, qu'au contraire j'en ai parlè en doutant, & que par le reſpect, que je porte à la Conſtirution „ du Pape, j'ai proteſtè, ne vouloir avoir aucune conteſtation ſur ce ſujet. J'ai declarè expreſſement, *que je condamne les cinq propoſitions en quelque livre, qu'elles ſe trouvent ſans exception; ce qui enferme celui de Janſenius*. Confer etiam *Epiſtolam* 70. *pag.*329. *Tom. eodem*.

ſtolica Sede damnatæ fuerant , quod ſatis erat , ut ne quid eum Janſenianæ doctrinæ ab Eccleſia notatæ in ſuum Opuſculum intuliſſe arbitraretur ? Eum ne, quem Palafoxius quidquam aut ſcripſiſſe, aut egiſſe, aut dixiſſe contra Alexandri Conſtitutionem , vel non intellexiſſet, vel legitime non cognoſſet ? Eum nè, quem Epiſcopus ſuus, quemque Antiſtites ceteri Galliarum Sacrorum communione gaudere ſinerent ? Eumne , inquam, Palafoxius immerito ab ſe fuiſſe *Varon eſpiritual* appellatum ; non *ſancte*, hoc eſt *pio animo*, ſed improbe *obtuliſſe* quidpiam ; indignum eſſe , qui ſinu Eccleſiæ contineretur ; prohiberi ſacris oportere ſcribens, notaſſet dedecore , macula , ignominia ſempiterna ? Sumat id ſibi Berruyerianus accuſator, ut plus ſuſpicionibus ſuis tribuat, quam judiciis Epiſcoporum , ſtatutiſque Apoſtolicæ Sedis Antiſtitum : Palafoxius certe *decere* (ut eſt a Baſilio Magno præſcriptum) *decere*, inquam , intelligebat , *omnibus* , *qui in eadem , atque ipſe , erant communione , ſatisfieri , ut res geſtæ firmarentur ex multorum conſenſu* ; *nec pax ſcinderetur aliis abſcedentibus , dum alii admittuntur* ; *ſicque oportere conſilium ab ſe , ut graviter ita etiam leniter iniri ... & non ſe rem tanti momenti ſibi ſoli at-*

attribuere debere (1), ut eum damnaret, qui non a ſuis Paſtoribus modo, ſed (quod caput eſt) a Petri etiam Sede damnatus non fuiſſet. Quod ſi fuiſſent, qui ſeſe carperent, eorum vir ſummus miſertus fuiſſet; propterea quod hi obloquendo non jam immerentem (qualis ſcilicet noſter is Præſul erat) ſed ipſos ſe miſerandum in modum læſiſſent. Malebat autem ſe a malignis, ab invidis, a nocentibus exagitari calumnia, ut exagitatus olim a Neocæſarienſibus Baſilius fuerat (2), quam aſpergere infamia, indignumque declarare ſocietate Orthodoxorum hominem, quem in Orthodoxorum ſocietate ab ſuæ gentis Paſtoribus, Sedeque ipſa Apoſtolica retineri ſciret; quemque neſciret, quidquam moliri, quod a Decretis Rom. Pontificum diſſideret. Nam

(1) *Sanctus Baſil. Epiſt.*265. *al.*293. *pag.*411. *Tom.*3. *Edit. Pariſ. An.* 1730. Quo loco de Marcellianis in communionem receptis a Confeſſoribus diſſerit.

(2) Idem Epiſt. 204. *al.* 175. *ad Neocæſ.*... quibus ſuam fidem ſuſpectam eſſe acceperat, num. 3. pag. 304. „ Aures „ veſtras falſæ criminationes præoccuparunt, ac calumniis „ petita eſt vita noſtra, petita etiam noſtra in Deum fides. „ Haud ignoro tres ſimul perſonas a calumniatore lædi. Nocet enim & ei quem calumniatur, & iis quos alloquitur, & ſibi ipſi. De meo quidem damno tacuiſſem, probe ſciatis, non quod veſtram exiſtimationem contemnam; „ ſed quod videam ex tribus qui læduntur, eum qui minus „ læditur, me eſſe. Ego enim veſtri jacturam facio, vobis „ veritas eripitur &c.

Nam si quid tale Guillelmum audere animadvertisset, non commisisset profecto, ut osor Romanæ Cathedræ ferret impunè, cui Vir Venerabilis adfixam esse a Spiritu Sancto sapientiam falli nesciam (1) prædicabat.

Nullum fuit Palafoxio cum Guillelmo le Roi, hujusque fœderatis commercium litterarum.

XIX. Sed quî tandem Palafoxius ignorasset, quid Guillelmus, quidque hujus similes in Galliis molirentur, si cum his Palafoxio eidem commercium litterarum erat (2)? Est id tertium caput Berruyerianæ accusa-

(1) Ven. Palafox. *Introduccion a las direcciones Pastorales &c.* §.8. *pag.*3. *Tom.*3. *Op.p.*1. *Edit.Matrit. An.*1762. „ Comenzò la Silla Sagrada de San Pedro por medio de sus „ Santos Successores, y *Vicarios de Cristo á repartir mas co-„ piosamente en los Fieles la sabiduria, que el Espiritu Santo „ vinculò à su Cátedra*, quando dijo a S. Pedro, que con-„ firmasse a sus hermanos &c. „ §.10. pag.5. Meminit „ *La „ infalible assistencia del Espiritu Santo à la Sede Apostolica*.

(2) Pseudo-Ultrajectinus sycophanta *pag.* 5. impudenti usus calumnia scribit. „ C'est que ce Saint Evêque (Palafoxius) a montrè durant tout le cours de sa vie un atta-„ chement constant, & invariable à nos sentimens (nempe sententiis Refractariorum). Il les adopta dès qu'il les „ eut connus; & lorsqu'il se vit en place d'instruire, & „ d'enseigner, il se declara le defenseur, & le protecteur „ de la grace souverainement, & invicìblement efficace, il „ n'en reconnut point d'autre... Il crut devoir entretenir „ un *commerce* reglè de lettres avec les grands hommes, qui „ vers le milieu du dernier siécle entreprirent de la faire „ revivre en France „. A Pseudo-Ultrajectino fabulam accepit veterator alter, qui Synopsim *Tripartitæ Collationi* Berruyerianæ præfixam scripsit. Sic enim habet: „ ignora-„ verunt (*Theologi revisores*) arctam, & constantem Il-„ lustrissimi Præsulis cum præcipuis illius Sectæ Capitibus „ necessitudinem, a quà numqnam, ne ultimis quidem „ temporibus vitæ suæ, recessit „.

cusationis. Verum afferant epistolas Accusatores. Profecto nisi iis adductis, id nos concedemus numquam. At nullas proferunt. Quid si ne proferre quidem possint? Nam si essent ullæ, eas certe intercidere non paterentur ii, quorum maximi, ut ne intercidant, referret. Atqui hi cum haud paucas aliorum, quæ non tanti essent, ut (1) *Favoriti*, *ut Patris Mirandæ*, *ut Patris Hilarionis Monachi Sanctæ Crucis in Hierusalem*, *ut Cardinalis Bonæ &c.* in Opuscula sua, Collectionesque Epistolarum transtulerint; tum Palafoxii non modo non attulerunt ullam ad se, aut ad suorum aliquem scriptam, sed ne indicarunt quidem. Percurrite, quæso, octo ipsa Epistolarum Arnaldi volumina; evolvite libros *de la Morale Pratique*; legite quæ *refractarii Appellantes*, sui systematis constabiliendi caussa, in suas Ephemerides, Rhapsodias, Syllogas importarunt. Memorari in iis Palafoxium videbitis plerumque; litteras autem illius aut ad Guillelmum le Roi, aut ad Arnaldum, aut ad horum symmystas, laudari omnino numquam. Quid? si tenebrio ille,

(1) Vid. *Epistolam Mirandæ ad Episcopum Andegaven. Tom.I.Epistolar. Arnald. p.385. Epistol. P.Seguenot ibid. p.365. Epist. P. Hilarionis Abbatis S. Crucis in Hierusalem ibid. pag. 359. Epist. D. Favoriti Tom.3. pag.239.*

ille, qui his annis paucis *Necrologium* edidit *Refractariorum*, nusquam dixerit Ven. Virum cum Fœderatis Arnaldi vel inisse commercium litterarum, vel amicitiam composuisse? Meminit ille certaminum, quæ optimo Præsuli fuerant cum osoribus dignitatis, atque jurisdictionis suæ; meminit doctrinæ moralis sanæ; meminit scientiæ, pietatis, sanctitatis, qua Præsul idem insigni claruit (1): sed ejus amicitiæ cum Arnaldo, aut cum Guillelmo, aut litterarum ad ipsos datarum non meminit. Hæccine vero, si usquam ille in Monumentis suorum legisset, prætermittenda existimasset; ille, inquam, qui Johannem Bonam (2), & Hieronymum Grimaldum (3) Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales; qui Melchiorem Inchoferum Jesuitam (4), qui alios (5) vel ob unam, alteramve Epistolam ab ipsis ad Arnaldum missam, vel ob sermonem habitum aliquando cum uno aliquo Arnaldi fœderatorum, vel ob minutula quædam, quæ non monumentis, sed vulgi vocibus niterentur, retulit in amicos factionis suæ, aut in eos, qui-

(1) *Necrol. Sæculi XVI. pag. 69.*
(2) Ibid. *pag.* 148.
(3) Ibid. *pag.* 219.
(4) Ibid. *pag.* 43.
(5) Ibid. *pag.* 278.

quibus cum ſuis ſymmyſtis conſuetudo fuiſſet litterarum? Credat ſycophanta Pſeudo-Ultrajectinus (1): credat Triglyphus accuſator; credant clancularii, neſcio quarum, Theſeon circumlatores; equidem prudentem, recte inſtitutum, non exulcerato in Palafoxium animo, qui credat, planè proſpicio, fore neminem.

Quod ſi fuiſſet ullū litterarū commercium, obſtare tamen Palafoxio non poſſet; cum SS. Franciſco Saleſio, & Johan. Franciſcæ Chantaliæ non obſtiterit.

XX. Verumtamen fac proferre Palafoxii litteras ad Guillelmum le Roi, immo etiam ad Arnaldum poſſint Accuſatores: annon etiam a Baſilio (2) ad Euſebium Samoſatenum crebro litteræ commeabant amicitiæ cauſſa? Sed mitto veteres. Sanctus Franciſcus Saleſius (3), Sancta Johanna Franciſca

(1) Et is tamen nobis audet opponere *un commerce reglè de lettres*, quod cum le Roi &c. novis rebus in Gallia ſtudentibus noſter Præſul habuerit; cujus certè commercii, ne ſyllabam quidem ullam non modo afferre, ſed ne memoratam quidem ab aliquo indicare poſſit. Verum meminerit verborum Baſilii Epiſt. 203. al. 77. ad Maritimos Epiſcopos num. 2. pag. 301. „ Qui in nos calumnias fundit, eorum quæ „ dicit, argumenta non proferens, comperietur ſibi nomen „ pravum adſciſcere „.

(2) Extant ad Euſebium à Baſilio ſcriptæ Epiſtolæ in nova Monachorum Congreg. S. Mauri Collectione 27. 30. 31. 34. 48. 95. 98. 100. 127. 128. 136. 138. 141. 145. 162. 166. 167. 198. 237. 239. 240. 268. *Confer ejuſdem Epiſt. 266. num. 2. pag. 413. Tom. 3.*

(3) Vide Epiſt. S. Franciſci Saleſii ad Angelicam Arnaldiam, ejuſque Patrem Arnaldum ſcriptas An. 1619. & 1621. quæ continentur libello inſcripto: *Lettre aux Religeuſes de la Viſitation pour la juſtification des Religeuſes de Port Royal &c. pag. 71. Edit. 1697.*

ca Fremiot de Chantal cum Arnaldi necessariis, consanguineisque nonne amicitias, litterarumque consuetudinem coluerunt? Extant hujus postremæ prid. Non. Novembr. scriptæ litteræ An. 1641. hoc est nono, ac tricesimo die antea, quam ex hac vita mortali migrasset, ad Angelicam Arnaldiam Antonii Sororem, Monasterio Portus Regii Præfectam, quibus quidem litteris vix explicare se posse testatur, quam gaudeat ob sui cum ea in Christo animi conjunctionem, atque concordiam; Virginibusque ejus Cœnobii, quas Sorores sibi in Christo carissimas vocat; Vergerioque Abbati S. Sygirani salutem dicit, quem *bonum Dei Servum* (1) appellat. Si quid horum simile de Angelica, de Virginibus Portus Regii, de Vergerio litteris fuisset a Palafoxio consignatum; quo

D is

(1) *Ibidem pag.* 50. *seq.* „ Je suis plus consolée, que je ne „ puis dire, de la Sainte & cordiale union de nos cœurs. „ Il m'est avis, que notre bon Dieu y ajoûte, je ne sçai „ quoi de fort intime ... je salue nos très-cheres sœurs, & „ le bon serviteur de Dieu (*M. de S. Cyran*) Vide & *pag.* 78. *seq.* quo loco agens de Abbate Sancyrano „ Mon Dieu, „ *inquit*, ma très-chere Mere, qu'est ce que l'on nous dit „ DE CE BON SERVITEUR DE DIEU, & de l'Or„ dre du S. Sacrement? Dieu par son infinie bonté veuille „ tirer sa gloire, & le profit spirituel de tous les travaux, „ & afflictions, qu'il permet arriver aux siens „. Reliquas hujus Epistolas reperies in Volum. 1. Collect. Epist. Vergerii Abbatis Sancyrani.

is modo linguas vitasset sycophantarum? Quos hi libellos in eum furtim (uti solent latronum more, non enim audent palam) furtim, inquam, non sparsissent in vulgus plenos conviciorum? Quos clamores, quos strepitus edi non curassent? Quas turbas non commovissent? Sed nihil tale moliti in Chantaliam sunt. Scilicet cum hac ipsis nullæ fuerant contentiones; cum Palafoxio contra maximæ, quod his ille in sua Episcopatus jura invadere conantibus, imitatus Sanctum Ambrosium (1), fortiter restitisset. Ita hi quidem malevolentia, furore, odio niti demonstrant criminationes suas.

Quidquid vindicandæ S. Joh. Franc. Chantaliæ caussa dixerint accusatores, idem etiã de Palafoxio oportebit dicere.

XXI. Video quid sint responsuri. Chantaliam dedisse hasce litteras antea, quam ullum Vergerii opus rejectum Sanctæ Inquisitionis decreto esset. Est ita plane. Verum ante etiam quam proscriptus Guillelmi le Roi libellus fuisset, de eo Palafoxius (catholice quidem, ut post demonstrabo) egerat. Jam vero ecquam Epistolam, non dico post, sed ante etiam libelli ejusdem proscri-

(1) Ambrosius *Epist.* 21. *ad Valentinianum II. Imperatorem num.* 4. *pag.* 910. *Tom.* 3. „ Ita ergo, inquit, quadam adulatione curvamur, ut Sacerdotalis juris simus immemores, „ & quod Deus donavit mihi, hoc ipse aliis putem esse credendum „? *Et num.* 13. *pag.* 912. „ Non tanti est Ambrosius, ut propter se dejiciat Sacerdotium „.

ſcriptionem, aut ad Guillelmum ipſum, aut ad ceteros, qui rebus novis in Gallia ſtudebant, ſi minus proferre, at indicare ſaltem accuſator poteſt? Quin etiam poſt Sanctæ Inquiſitionis in libellum ipſum ſententiam, quam tandem Vir Venerabilis ſignificationem erga eos officii, aut bonæ de illis opinionis, exiſtimationiſque dedit? Quod ſi nullam, ut re certe vera nullam dedit, quid eſt, cur non reſtitiſſe ipſum, ſed paruiſſe ſancte, integreque ſtatutis Apoſtolicæ Sedis, confitendum non eſſe videatur?

XXII. Sed nullas ad Guillelmum dederit litteras, dicent fortaſſe accuſatores; verum negari nequit, quin libellum a Guillelmo le Roi ſibi miſſum probaverit, peneque in Epiſt. Paſtoralem ſuam tranſtulerit. Guillelmum autem, ejuſque ſymmyſtas id non pudebat ſentire, quod pudebat aperte dicere. Itaque ut veſtitum, qui magiſtratum gerunt, ita illi ſententiam habebant, aliam domeſticam, aliam forenſem, ut in ore oſtentatio eſſet, intus pravitas occultaretur. Quare etſi verbo Janſeniana dogmata ſeſe averſari profitebantur; re tamen ipſa anfractu, atque circuitione uſi, ea probabant, libellis ſuis inſerebant, quamque latiſſime poterant, diſſeminare connitebantur.

Calumniantur accuſatores, qui a Guillelmo le Roi libellum fuiſſe ad Palafoxium miſſū jactant. Etiamſi animū le Roi ad Janſenii dogmata adplicaſſet, Palafoxius tamē, qui id ignorarit, futurus in culpa non fuiſſet, qui benigne duriora Guillelmi verba ſit interpretatus, flexeritque in Orthodoxam ſententiam.

Jam hoc primum reſpondeo: calumniari more ſuo ſycophantam ajentem (1), miſſum a Guillelmo fuiſſe id opuſculum Palafoxio. Nullo enim id monumento efficere umquam poterit. Palafoxius autem perveniſſe quidem in manus illud ſuas (2) dicit; miſſum ad ſe ab Guillelmo non dicit; id vero *donum* ſibi gratius fuiſſe millibus auri, & argenti (quod idem mentitur accuſator) multo minus dicit. Ajo deinde negari a Guillelmo, ejuſque doctrinæ ſociis, quod ipſis a ſycophanta Ultrajectino objicitur, de Janſenii dogmate. Verumtamen non repugnabo. Nam video, quæ conſectati hi tunc ambigue, involuteque fuerant, poſtmodum apertius propoſita evaſiſſe tandem in maximum, ac minime tolerandum malum. Quapropter heic, pugnet Veterator licet, tamen non repugnabo. Patiar. Sed objici id Palafoxio, ac ſi cognitum ei, compertumque fuerit, numquam pa-

(1) Pſeudo-Ultrajectinus accuſator *pag.6.* „ L'Abbé, inquit, de Haute Fontaine (is erat le Roi) crut faire plaiſir à l'Evêque d'Angelopolis de le lui envoyer: le S. Evêque reçut ce preſent avec plus de joie, que ſi on lui eut envoyé des millions d'or, & d'argent.

(2) Epiſtola *Paſtorali num. 9.*, haber llegado a nueſtras „ manos cierta oracion de un Varon eſpiritual, que miraba „ al miſmo intento; y nos pareciò imitarlo; y augmentar „ ſus afectos „.

patiar. Nihil enim is in opuſculo Guillelmi vidit, quod non commode flecti in optimam partem poſſe arbitraretur; quodque re ipſa in optimam partem non flexerit.

XXIII. At inſtant accuſatores, ac tam non vertit, inquiunt, in partem bonam, ut inde potius multa adoptarit ſibi, quæ cum orthodoxa doctrina componi nullo modo poſſint. Jam huc properabam: id enim erat quartum Berruyerianæ criminationis caput. Ab accuſatoribus autem ſciſcitor, quid ille reſpuerit, quod ſit verum; quid adſciverit, quod cum Eccleſiæ dogmate pugnare videatur? Probat, inquiunt, damnatas illas quinque Janſenii propoſitiones, quarum ſeſe ſchiſmatici Ultrajectini Patronos jactant (1). Os hominum! Tamne quemquam eſſe inſignitor impudentem credam, ut eos dicat, patronos ſeſe illarum propoſitionum jactare, qui vociferentur, qui clament, qui Deum, atque homines teſtentur, illas ab ſe reprobari eo plane ſenſu, quo ſunt damnatæ a Sedis Apoſtolicæ Pontificibus? Quidvis aliud Ultrajectinis crimini dare poterant (ac poterant jure

Ventum eſt ad quartū criminationis Berruyerianæ caput; quod eſt de probatis Paladoxio Janſenianis propoſitionibus quinque; quas itē Schiſmatici Ultrajectini probent. Mentiuntur accuſatores. Negant Ultrajectini eas ſibi propoſitiones probari.

 qui-

(1) Accuſator Pſeudo-Ultrajectinus p.3. ſic inducit Meindartſium ad ſuos ſcribentem „ Il ne ſera queſtion ni de con- „ demnation des cinq propoſitions &c. „ Confer quæ idem perſequitur *pag.5.ſeq.*

quidem (1) permulta); at hoc de jactato patrocinio ab se fuscepto quinque Jansenii propositionum, sine mendacio, eoque impudenti, profecto non poterant. Verum est hæc institutio accusatorum Palafoxii, ut, nisi calumnia, ne fontes quidem, manifestosque violatæ veritatis, & Ecclesiasticæ unionis reos arguendos putent. Sed de his nihil attinet disputare. De Palafoxio quæro, quid demum statuerit, quod sit quinque illis confixis Jansenii propositionibus simile?

Distribuitur hoc quartum accusationis Berruyerianæ caput in partes septem.

XXIV. Principio, inquiunt, is Præsul præter *victricem* illam, atque *insuperabilem*, nullam aliam *actualem* agnoscit gratiam. Deinde tollit arbitrii libertatem. Post ita primi parentis vitio fractam, ait, labefa-

(1) Respuunt enim hi alias Pont. Max. dogmaticas Constitutiones. Extant præterea horum scripta plena sceleris, erroris, & temeritatis, cujusmodi est illud, quod editum *An.* 1708. inscribitur: *Divers abus, & nullités du décret de Rome du quatre Oct.* 1707. Et alia generis ejusdem, quæ nunc commemorare non vacat. Quid? si Pseudo-Synodis, quas antehac celebrarunt, in Constitutiones quasdam Pont. Max. debacchati sunt, nunciisque publicis spargi, quæ sentirent, in vulgus curarunt? Ceterum quod de quinque Jansenii propositionibus est, jure quidem illas fuisse damnatas fatentur, adeoque ab se item damnari, eo plane sensu, quo notatæ sunt ab Sede B. Petri. Confer libellum inscriptum = *la Foy, & l'innocence du Clergé de Hollande* = *Edit. Delft. An.*1700. *sect.*1. *pag.*6. Mitto documenta cetera, quæ si afferre vellem, numquam facerem scribendi finem.

befactatam, everſam hominis voluntatem eſſe, ut nihil boni etiam in genere moris poſſit agere. Inde peccato ipſo parentis primi inductam in genus humanum ſervitutem peccandi ſcribit. Deinceps ſtatuit, neceſſitate voluntatem hominis ſervire gratiæ. Ad hæc voluntatis humanæ cooperationem in opere ſalutis negat (1). Ad extremum merita noſtra omnino tollit. Hæc vero quis non agnoſcat, aut ſponte ex damnatis Janſenii dogmatibus manare, aut eodem prorſus atque illa recidere? Hæc Sycophantæ, quorum eſt, ut cernitis, in partes omnino ſeptem tributum caput hoc quartum accuſationis. Videamus vere ne, ac

 jure

(1) Pſeudo-Ultrajectinus accuſator *pag.5. col.1.* ſic habet. „ Il ſe déclare (Palafoxius) le défenſeur, & le protecteur „ de la grace ſouverainement & invinciblement efficace: „ *Il n' en reconnut point d'autre*: Et col. 2. „ Sur cette grace „ ſouverainement invincible, & ſouverainement victorieuſe „. *Inveniuntur compendio in Opuſculo Guillelmi le Roi principia quæque Janſenii*. Nam „ la miſere de l'homme & ſon impuiſ„ ſance abſolue pour tout bien ſans le ſecours de *cette grace*, y „ ſont peintes au naturel, & avec les couleurs les plus pro„ pres à humilier notre orgueil. La force invincible de cette „ grace, & notre lamentable captivité ſous l'empire de la cu„ pidité, y ſont repréſentées dans des images ſi frappantes, qu' „ on s' imagineroit entendre parler...l'Evêque d'Ypres „. Hæc eadem capita diſtinctius ſequitur alter ille, quem ob tripartitam, diſtributamque in canaliculos tres, vel in tres columnas, collationem ſuam, *tripartitum*, & *triglyphum*, & *triſtylum* appellavimus. Cujus quidem verba alio, dum tempus monuerit, transferemus.

jure agant, an falso, ut solent, atque injuria.

Prima est pars de negata a Palafoxio quavis alia gratia actuali præter efficacem. Pars hæc plena est mendaciorum, atque calumniæ.

XXV. Ordiar autem a priore parte, efficiamque, ut omnes ad unum confiteantur, eos, qui sic accusent, esse condemnandos calumniæ crimine. Nego igitur, respui a Palafoxio *sufficientem*, aut quamvis aliam *actualem* gratiam, præter *victricem illam*, atque intime *efficacem*, quam etsi a Patribus, Theologisque orthodoxis plerisque omnibus adsertam, accusatores tamen funditus sublatam vellent. Rogetis me, quibus testibus confidam? Jam, etsi non est necesse, utar tamen, si placet, iisdem ipsis, quibuscum Pseudo-Ultrajectinus obtrectator inisse Palafoxium clamat doctrinæ societatem. Arnaldus, Arnaldus, inquam, tametsi ægre ferens, tametsi invitus, fassus id tamen sic est, ut Venerabilis Viri sententias, quavis interpretatione suorum, contorqueri aliorsum non violenter posse diffideret (1). „ Non miror, inquit, ad Waucelium

(1) Arnaldus *Epist.* 435. *ad Waucelium pag.* 79. *Tom.* 6. „ Je ne suis pas surpris, inquit, que *M. de Palafox parle des* „ *graces suffisantes, ou de secours suffisants* .... l' explication, „ que vous y donnez, est tres bonne, pourvu que *le texte n'y* „ *fût pas contraire*. Mais avez vous pris garde à sa lettre „ Pastorale des miséricordes de Dieu? C'est la priere de „ M. l' Abbé d' Haute Fontaine, traduite, augmentée, „ comme il le reconnoit dans la Préface „.

„ celium ſcribens , non miror Dominum „ Palafoxium de gratiis ſufficientibus , ſeu „ de ſufficientibus auxiliis agere . Optima „ quidem eſt ea , quam tu adhibes , ex- „ plicatio , modo textus non repugnet „. Cur *non miror* , dixit , niſi quia memoria tenebat , quæ ſcripta à Ven. Viro fuerant (1) pro doctrina Thomiſticæ Scholæ ? Quæ una certe adverſus Moliniana inventa , ut ubique fere terrarum , ſic in Hiſpaniis obtinuerat , cum aliæ non multo ante XVII. Sæculum exortæ , ſinubus tantum , anguliſque quarumdam Provinciarum ſe continerent . Quid porro illud Arnaldianum eſt: *pourvu que le texte n'y fut pas contraire*, quam fateri, interpretationes Arnaldi ejuſdem ſtudioſorum accommodari apte ad eam non poſſe , quam ipſi explodi cupiebant , quamque contra Palafoxius tuebatur Thomiſticæ Scholæ orthodoxam ſententiam ? At Arnaldus mox ad Paſtoralem Præſulis noſtri Epiſtolam provocat . Quid ? Negat ne concedi in hac item *gratiam ſufficientem* ? Non negat profecto . Hoc unum Arnaldus ſcribit , vertiſſe hiſpanice Palafoxium , auxiſſeque Guillelmi opuſculum . Falſum id quidem . Non enim

(1) Vide hujus noſtræ Epiſtolæ *numerum octavum in notis*, & confer ibi relatum hac de re Palafoxii locum.

enim vertit, sed plura inde est mutuatus, eaque si recte proposita erant, amplificavit; sin minus recte, castigavit, flexitque ad catholicum dogma. Jam ut castigarit, mox videbimus. Interea fac negarit Arnaldus, admissam in ea Pastorali Epistola fuisse *gratiam sufficientem* a Palafoxio, cujus *gratiæ* non esset mentio ab *le Roi* facta in opusculo *de la Priere*; quid ego Arnaldum morer, cum mihi sit in promptu de *gratia* eadem ipsius Epistolæ Palafoxianæ insignis locus? Attendite, ut Præsul doctissimus, atque optimus alloquatur, nomine peccatoris, Deum ibid. §. 9.

Aunque vos me dais siempre, lo que basta, es menester, que ayudeis, lo que me dais.	Etsi mihi des semper, quod sufficit; oportet tamen, ut adjuves, quod das mihi.

Quidquam ne luculentius desiderari ad *sufficientem gratiam* adstruendam potest? Quid? Si præter *efficacia*, alia interioris gratiæ adjumenta, quibus resistatur, quæque propterea non sint efficacia, in ejusdem Epistolæ §.21. Vir Ven. concedens memoret? En ejusdem verba.

HISPANICA.	LATINE REDDITA.
Yo pecador miserable no solo no me ayudo, ni con estas flacas fuerzas; pero resisto a vuestros auxilios; cierro los ojos à vuestras luces; me opon-	Ego miser peccator non solum non me sustineo ne debilibus quidem hisce viribus; sed resisto auxiliis tuis; claudo oculos tuis lucibus; memet

pongo a vuestras inspiraciones; y soi enemigo capital de mi vida.	met oppono tuis inspirationibus; sumque capitalis hostis vitæ meæ.

Clariora hæc sunt, quam ut tenebris involvi a quoquam possint. Quare desinet Pseudo-Ultrajectinus, si sapiet, deinceps dicere, nullam actualem a Palafoxio agnosci gratiam, præter victricem.

XXVI. Hac priore calumnia sublata, venio ad quarti capitis criminationis Berruyerianæ partem alteram, quæ est de negata a Ven. eodem Præsule arbitrii libertate. Constare autem hanc existimant Accusatores ex collatis inter se Guillelmianis, Palafoxianisque locis. Atqui hæc ego loca mihi afferri volo. Accipit tripartitus Veterator conditionem (1). Affert hoc modo.

Pars altera capitis quarti Berruyerianæ criminationis est de negata a Palafoxio arbitrii libertate. Hæc ab accusatoribus criminatio adferi non potest, nisi calumnia. Accusatores ipsi specie oppugnandi Palafoxii, conantur Pelagianas hæreses ex inferis evocare.

Doctrina Guillelmi le Roi.	*Doctrina Palafoxii Hispanice.*	*Eadem Palafoxii doctrina latine.*
Je ne puis faire par tous les secours de la raison & de la sagesse humaine, que des efforts inutiles pour ma guérison,	„ Con todos los avisos de la raçon, y „ sabiduria humana „ no puedo hacer sin „ vuestra gracia, si „ no diligencias inu- „ tiles, socorros fra- „ giles	Cum omnibus rationis, & humanæ sapientiæ monitis non possum, sine tua gratia, nisi vanam, & fragilem ope-

(1) Est hujus prima accusatio „ de extincto, & amisso „ per peccatum primi hominis libero arbitrio, seu de amissa per peccatum primi hominis libertate, sive activa humanæ voluntatis indifferentia „.

rison, *& ma délivrance* (1).

„ giles para conse- „ guir la libertad „ perdida. (2).

operam collocare in recuperanda perdita libertate.

Verum quis non animadvertat hisce Guillelmi, Palafoxiique verbis agi non de humani arbitrii libertate, sed de *liberatione a peccato*, seu *sanatione*, *justificationeve* peccatoris, hoc est de *recuperatione libertatis Filiorum Dei*, quam homo consequi non vi, adjumentisque naturæ, sed præsidio gratiæ divinæ possit? Quid enim est *delivrance* Gallis, quam Latinis *liberatio*, & Hispanis, ut recte vertit Palafoxius, *conseguimiento de la libertad perdida* (3), seu, ut idem

(1) Guillelm. *le Roi*, Priere §.1. pag.4.

(2) Palafoxius Epistola *Past.* §.2. *S.August. Epist.* 157. *ad Hilarium* Syracusanum al. 89. quæst. 2. cap. 2. num. 5. Ne scientia quidem legis posse sine Dei adjutorio justitiæ soliditatem liberum arbitrium, sed superbiæ inflationem habere scribit: „ valet, inquit, liberum arbitrium ad opera bona, si divinitus adjuvetur, quod fit humiliter petendo, & faciendo. *Desertum vero divino adjutorio*, *qualibet scientia* legis excellat, nullo modo habebit JUSTITIÆ soliditatem, sed inflationem superbiæ, & extiosum „ tumorem.

(3) S. August. lib. *de corrept. & gratia cap.* 11. *num.* 31. *pag.* 507. *Tom.X.* „ Hæc autem gratia, inquit, tanto major est (ea quæ data fuit Adæ) ut parum sit homini per „ illam reparare *perditam libertatem*, parum sit denique non „ posse sine illa, vel apprehendere bonum, vel permanere „ in bono, si velit, nisi etiam efficiatur „. Confer & librum de *Perfectione justitiæ cap.* 4. *num.* 9. *pag.* 114. Ad hæc Augustini loca tam illustria adverterat Venerab. Palafoxius animum, dum Paragraphum secundum suæ Epistolæ scriberet.

idem §. 36. Epistolæ ejusdem Pastoralis scribit „ Llevar mi alma de la servidumbre ti-„ rana , y perversa de la culpa a la dulce li-„ bertad de la gracia „ *Efferre animam meam a servitute tyrannica* , & *perversa culpæ ad dulcem gratiæ libertatem* ? An ita est institutus triglyphus accusator , ut sentiat , sine *supernaturali* divina ope consequi libertatem gratiæ quemquam posse ? Nempe Berruyeri studiosus cum sit , injecta calumnia læsæ a Palafoxio libertatis arbitrii , inducere rursum videtur velle in hominum societatem Pelagianum dogma (1) de præparatione ad gratiam , adeptioneve *supernaturalis* boni non Dei adjutorio , sed viribus, præsidiisque naturæ . Alioqui cur vitio daret Palafoxio , quod §. 19. scripserit „ Vi-„ des vas tuis formatum manibus , meis de-„ stru-

(1) Adposite ad hæc *S. Aug. lib.3. contra duas Epist. Pelag. cap.8. num.24. pag.306.* „ Cum Pelagiani , inquit , veritatis „ testimoniis , & vocibus urgentur .... ne gratiam Dei , „ qua justificamur, non gratis , sed secundum merita nostra „ dari dicant .... & per hæc homines , qui eis credunt , a „ gratia Salvatoris alienent , & elatos in superbiam , in ju-„ dicium Diaboli præcipites ire persuadeant .... *immittunt* „ *aliarum nebulas quæstionum* , in quibus eorum apud homi-„ nes simpliciores , sive sanctis litteris minus eruditos im-„ pietas delitescat . *Hæ sunt nebulæ ... de laude liberi ar-„ bitrii, quasi quisquam nostrum ista vituperet* , ac non potius „ omnia in honorem Creatoris , & Salvatoris debitis laudi-„ bus prædicet „ .

„ ſtructum, & confractum; illud renova, „ o Deus. Vides hominem defunctum; re- „ ſuſcita illum „ (1) Annon hæc manifeſta ſunt argumenta, quibus plane efficiatur, cenſere accuſatorem, opus non eſſe gratia Dei, qua vas confractum, hoc eſt homo lapſus reparetur; ſanetur *opertus plagis*; & peccato *mortuus* reſuſcitetur? Hoc pacto Veterator non dubitans nobis Synodi Tridentinæ in oſores arbitrii liberi fulmina commemorare (quæ certe in Palafoxii verba non cadunt) impetit oblique alterum Synodi ejuſdem canonem, quo quidem canone omnis hæc nititur, quæ proxime a nobis deſcripta eſt, Ven. Antiſtitis noſtri ſententia. Jam vero eſt is canon, quemadmodum noſtis, hujuſmodi: „ Si quis dixerit, ſine „ præveniente Spiritus Sancti inſpiratione, „ atque ejus adjutorio hominem credere, ſpe- „ rare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut „ opor-

(1) Hiſpanica Palafoxii verba nobis adverſus Palafoxium a Veteratore objecta, ſunt hujuſmodi. „ Veis aqui el bar- „ ro formado de vueſtras manos, deshecho, y deſpedazado „ por las mias, reparadlo „ Quæ verba vertenda omnino ſunt hoc modo: „ Vides heic lutum tuis formatum mani- „ bus, deformatum, atque in fruſta comminutum meis, „ repara illud „ Rurſus ibid. „ Veis aqui el hombre lleno de „ heridas, curadlo „ *Vides heic hominem vulneribus plenum, ſana eum* „ Poſtremo *ibid.* „ Veis aqui el hombre difunto, „ reſuſcitadlo „ *vides heic hominem defunctum, reſuſcita eum* „.

„ oportet, ut ei ju ſtificationis gratia confe-
„ ratur, anathema ſit „ (1).

XXVII. Pergit triſtylus Veterator lu dum eumdem importune ludere, comparanſque non ſolum cum Guillelmo, ut ante, ſed cum Janſenio etiam Palafoxium; ſcriptum, inquit, a Janſenio eſt in tertio *de ſtatu naturæ lapſæ libro cap.* 5. „ Doceri „ ab Auguſtino; arbitrium non eſſe amplius li- „ berum, ut velit, & faciat bonum, ſed li- „ bertatem ejus ex ruina periiſſe „ Horum, addit, eſſe ſimilia, quæ Palafoxius comprehendit Epiſtola eadem Paſtorali ſua. Nam hunc ibidem ſic habere: Plangere hominem amiſſam libertatem (2): Debere ipſum ſoli Deo ſuam gratiam, & libertatem (3): Moveri nos a Deo idem eſſe, ac amiſ-

Mendacio agit Accuſator; ioſiq; Palafoxii abutitur, quæ ad inſtitutum non pertinent.

(1) *Seſ.6. Can.3. Confer* etiam *Can.2. &* 4.

(2) Palafox. §. 15. „ Gime la razon debajo del yugo de „ eſta fiera ſervidumbre; y de la manera, que el eſclavo „ en el duro calabozo, apriſionado de hierros, y de cade- „ nas; ſuſpira, y llora por la libertad perdida „. Vide S. Auguſt. *lib.* 8. *Confeſ. cap.* 5. *& lib. de Perfect. Juſtitiæ hominis cap.*4. *num.*9.

(3) Palafox. *ibid.* §.20. „ Fuerza es, Señor, aunque peſe a mi ſoberbia, confeſar, que ſoi vaſo immundo de „ corrupcion, y paſſiones. Fuerza es, que conozca, y „ confieſe, que eſta maſa condenada de nueſtra naturaleza „ deſde la primera culpa: eſta alma racional criada en gra- „ cia, y por ſu caida conflaquecida, y perdida *ſolo a vos* „ *debe ſu gracia, y ſu libertad* „. Conſule S. Auguſt. lib. *de* Cor-

amissam nobis restitui, eamque veram, & propriam libertatem (1), quam sine Deo fragilitas nostra invenire non possit: Vas esse (arbitrium (2)) manibus Dei formatum,

Corrept. & Grat. cap. 7. num. 12. pag. 499. seq. & Epist. 190. al. 157. ad Optatum cap. 3. n. 9. pag. 534. & num. 12. pag. 535. Tom. 2. & Epist. 194. al. 105. ad Sixtum cap. 2. num. 3. & 4. seq. quo loco videtur accusatores nostros in Pelagianis coarguisse, & confutasse.

(1) Palafox. *ibid.* §. 23. „ Se muy bien que el movernos, y „ llevarnos con fuertes inspiraciones, impulsos, auxilios, „ luces, y misericordias es restituirnos a la libertad perdida„. *Confer S. August. lib. de Corrept. & Grat. cap. 12. num. 35. pag. 508. & num. 37. pag. 509.* ubi. „ Nunc vero, inquit, posteaquam est illa magna peccati merito amissa libertas, etiam „ majoribus donis adjuvanda remansit infirmitas. Placuit „ enim Deo, quo maxime humanæ superbiam præsumptionis extingueret, ut non glorietur omnis caro coram ipso „ idest omnis homo &c. „ *& lib. 1. Oper. imperfect. in Julian. cap. 76. pag. 690.* „ Quomodo manet libertas in eis, qui, ut „ liberentur a servitute, qua victori peccato addicti sunt, „ divina indigent gratia, nisi qui liberi sunt, & ipsi justitiæ„? *Vid. Expos. in Psal. 93. num. 22. pag. 763. Tom. 4.*

(2) De arbitrio in eo Palafoxii loco §. 19. ne verbum quidem. Neque enim ibi de arbitrii potestate agit, sed de miseria hominis, deque misericordia Dei, quam implorare non queat homo sine gratiæ auxilio, quod quidem certum est. En locum integrum. „ Yo, Señor, con vuestra gracia „ y por ella (por que sin ella confieso, que no pudiera) os „ pido misericordia, reconozco mi miseria. Pongo mis llagas a vista de vuestras llagas. Pongo mis culpas a vista „ de vuestras penas: Ecce homo. Veis aqui el hombre lleno de heridas, curadlo. Veis aqui el hombre difunto, resuscidadlo. Veis aqui el caido en miserias, y pecados, „ levantadlo. Veis aqui el barro formado de vuestras manos, „ deshecho, y despedazado por las mias, reparadlo „. Confer *S. August. in Psal. 93. num. 23. pag. 764. Tom. 4. & serm.* 128.

tum, sed confractum hominis scelere, atque destructum; renovandum autem esse divinitus. Quæro, in hisce Palafoxii locis ecquid tandem sit, ex quo elici, exprimive posse videatur, libertatis eum appellatione non justitiam intellexisse, sed arbitrii liberam potestatem? Debilitatis ille humanæ; libertatis etiam (ut ostendimus, utque deinceps ostendemus) libertatis, inquam, gratiæ amissæ meminit; *arbitrii* vero libertatis non meminit. Qua igitur fronte, nebulo, negatam a Ven. Viro arbitrii libertatem, scribit, de quo quidem arbitrio in his ipsis, quæ opponit, locis, litteram nullam inveniri constat? Nam quod Veterator addit „ El barro (mi alvedrio) formado de „ vuestras manos „ *lutum* (*meum arbitrium*) *manibus tuis formatum &c.* quod, inquam, *de alvedrio*, *arbitrio*, addit non Palafoxii est, sed ejusdem Veteratoris, qui mendacio, fraude, calumnia usus patenti, hoc addidit. At quam inepte? Quotus enim quisque potestatem

E ani-

128. *al.* 43. *de verbis Dom. cap.* 7. *num.* 9. *pag.* 439. *Tom.* 5. quo loco. „ Noluisti, inquit, stare ad Dominum, cecidisti, „ fractus es; quomodo vas, quando de manu hominis ca- „ dit in terram, fractus es: & quia fractus es, ideo adver- „ sus es tibi; ideo es contra te. Nihil sit in te contra te, & „ integer stabis .... Agis, si agaris; & bene agis, si a bo- „ no agaris ... Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt „ filii Dei. Non sunt filii Dei, si non agantur Spiritu Dei &c.„

animi, quæ spiritalis omnino est, *lutum* dixit? Nam *barro* Hispanis, *lutum* Latinis est. Sed est vasis genus, quod *barro* ab Hispanis dicitur. Ridiculum! Quasi vero vas ejus generis arbitrium hominis appellari commode possit. Verum fac possit, cur τὸ *alvedrio* accusator ponit, quod noster non memorat? Profecto si fides in Tripartito ipso accusatore; si pietatis, humanitatisque sensus; si vestigium ullum Christianæ caritatis esset; non adderet, non mentiretur, non tam contorqueret verba Palafoxii, sed eo revolvi omnia fateretur, quo hanc Augustini, quam tamen Palafoxio ipsi exprobrare non veretur, sententiam (1). „ Quis nostrum dicat, quod primi hominis „ peccato perierit liberum arbitrium? Li„ bertas quidem periit per peccatum; sed „ illa, quæ in Paradiso fuit, habendi ple„ nam cum immortalitate justitiam „.

Fraude dolisq; accusatores utuntur. Palafoxius de arbitrii libertate egregie scripsit, emendavitque ea, quæ duriter expressa fuerant a Guillelmo le Roi.

XXVIII. Huc, huc, inquam, accusator confiteretur Ven. Viri verba recidere, etiamsi non tam is explicate, aperteque pro arbitrii libertate dixisset. Sed detestamini subdoli, vafri, sycophantæ Berruyeriani plenam fraudis, & iniquitatis fidem. Est lon-

(1) S. August. *lib.* 1. *contra duas Epist. Pelag. cap.* 2. *pag.* 273. *Tom.* 10.

longa in ea Pastorali Epistola Palafoxii *de arbitrio libero*, luculenta, planeque catholice perfecta oratio. Hanc Veterator, qua comprimi, obterique calumnia poterat, silentio est prætervectus; contra vero artificiis quibusdam, fallaciisque assuetæ malevolentiæ, loca in quibus de amissa per peccatum *libertate gratiæ* ageretur, sic adduxit, ut qui in iis hominem libertatis jacturam fecisse legerent, iidem a summo Viro sublatam existimarent arbitrii libertatem. Ego vero non patiar, ut diu Veteratoris præstigiæ lateant. Proferam igitur, quæ ille dolo suppressit; atque ita quidem proferam, ut una demonstrem, multo antea, quam Romæ de Guillelmi le Roi opusculo constitutum quidquam fuisset, prospexisse Palafoxium integritati doctrinæ suæ, ut ne quisquam imprudens errore implicaretur; præmonstrasseque suis lectoribus, quem in sensum preces quasdam opusculo eodem comprehensas flectere; quibusque modis castigare, atque corrigere oporteret. Sunt hæc Guillelmi in opusculo ipso *de la Priere* §. XI. Gallica, redditaque a nobis latine verba.

J' éprouve en toutes occurences que mes pensées, & ma volonté ne sont point en mon pou-	In omnibus ego incidentibus rebus experior, cogitationes meas, meamque voluntatem non

pouvoir. Je n'en puis disposer, comme je voudrois, je ne puis les retenir, je ne puis leur commander.

non esse in potestate mea. De his disponere, ut vellem, nequeo; non possum eas continere; nec iis imperare possum.

Nimis hæc quidem involute, ac duriter. Non dubito fore aliquos, qui respexisse illum ad Apostoli locum dicant, in quo est „ Non quod volo bonum, hoc facio; sed „ quod nolo malum, hoc ago (1) „ At erat id eo modo, quo Apostolus dixerat, explicandum. Meminit (2) inde Guillelmus libertatis arbitrii: sed an ad bonum non satis explicate meminit. Quod si meminisse interdum videtur, libertatem *a violentia, & coactione* (3) indicavit; *a necessitate* vero perspicue non indicavit. Attendite nunc, Fratres in Domino dilectissimi, ut distincte (jam inde a Februario Mense Anni 1653. antea nempe, quam Innocentius X. in Janseniana dogmata dixisset sententiam; & plus anno ante, quam Sancta Inquisitio Guillelmi le Roi opusculum proscripsisset) ut dilucide, ut orthodoxe Palafoxius hæc fuerit persequutus; Vobisque Ovibus suis Pastor bonus tradiderit, consulturus saluti sempiternæ vestræ §. XXII.

Bien

(1) *Cap.7. Epist. ad Rom. vers.19.*
(2) §. 13.
(3) §. 14.

Bien sé, ó gran Dios, inquit, y Señor mio, y nos lo enseña la Iglesia, que NUNCA ME QUITAIS LA LIBERTAD. Bien sé que dejais en mis manos la eleccion de mi vida, y de mi muerte. Dejo Dios al hombre en mano de su consejo. Pero tanbien sé, que sin vos, y sin que me ayudeis, y favorezcais, soy tan malo, que eligeré eterna muerte, y huiré de una eterna vida. Sé muy bien, qui mi alma está en mis manos, como lo dijo el Santo Profeta Rey, porque yo elijo lo malo, y lo bueno, y assi soy arbitro de mi remedio, ó mi daño: Soy Autor de mi fortuna, me fabrico eterna pena, o corona. Pero conozco Señor, que el ser libre, que es mi mayor preeminencia, es mi peligro mayor, porque soy tan miserable, que me fuera mas util no poder hacer lo malo, y obrar, sin esta indiferencia á lo malo; lo bueno, por ser la mas perfecta, y mas sancta libertad obrar siempre libremente lo mejor.

Probe novi, o magne Deus, & Domine mi, idque nos docet Ecclesia, *nanquam abs te mihi eripi libertatem*. Probe scio, *relinqui abs te in manibus meis electionem vitæ, & mortis meæ. Reliquit Deus hominem in manu consilii sui*; sed scio item, nisi me adjuves, & sine te, tam esse me malum, ut æternam eligam mortem, fugiamque æternam vitam. Probe quidem scio, *animam meam esse in manibus meis*, ut dixit Sanctus Propheta Rex, quia *ego eligo bonum, & malum, sicque sum arbiter remedii mei, vel mei damni: sum Auctor fortunæ meæ*, *mihique fabricor æternam pœnam, aut coronam*. Novi tamen, quod esse me liberum, *quæ mea major præeminentia est*, est periculum majus meum; quia tam sum miser, ut utilius mihi foret non posse malum agere; operarique bonum, *sine hac indifferentia ad malum*; cum perfectior, sanctiorque libertas sit, operari libere semper bonum.

Jam cernitis, ut statuat, *numquam nobis eripi libertatem*; ut palam confiteatur, *relinqui in manibus nostris electionem vitæ, & mortis nostræ, propterea quod scriptum sit, relictum esse a Deo hominem in manu consilii*

sui (1). Videtis, ut doceat, *animam nostram in manibus nostris esse; nosque bonum, & malum eligere, atque ita nos esse arbitros remedii, damnive nostri; auctoresque nostræ fortunæ; nobisque nos fabricari æternam aut pœnam, aut coronam*. Perspicitis, ut demum confirmet, *libertatem hanc nostram* illustrius nostrum ornamentum, *præeminentiamque* esse, atque hanc quidem esse *indifferentiæ*. Rogo nunc, quidquam ne præclarius, accuratius, distinctius adduci, ad testificationem, confessionemque arbitrii libertatis possit? Equidem, si *formula professionis fidei* de libero arbitrio proponenda esset, nullam hac fore arbitror clariorem. Et partem tamen hanc adeo insignem Epistolæ Palafoxianæ silentio Tristylus. sycophanta premens, audet Ven. Virum violati catholici de libero arbitrio dogmatis reum agere. Quod si tam est aut excors, aut impudens, ut in re tam illustri, tamque manifesta falsus esse sive testis, sive accusator non dubitet; ecquid ex eo veri quisquam deinceps expectandum putet?

XXIX.

(1) Hunc scripturæ locum ex Ecclesf. cap.15. vers.14. objicit Palafoxio Tripartitus accusator, quasi non fuerit ab eo animadversus. Adeo est impudenter impudens. Jam vero libertas hæc non impeditur ex eo, quod *omnia opera nostra in nobis* operetur Deus, quemadmodum Isaiæ cap.26. legitur. Confer S. Thomam III. contra gentes cap.148. ad 2. & 5.

XXIX. Pergam nihilo secius cetera, quæ is Veterator tanto molimine congessit, refellere, ut ne cui nodos accusationum ejus non solvisse nos quidem, sed incidisse, aut perrupisse videamur. Jam altero is loco (1), voluntatem humanam sic, Palafoxio docente, debilitatam, enervatam, fractam esse scribit, ut per se ipsam nihil boni, *etiam in genere moris*, sine Dei gratia, possit agere: quæ pars est tertia quarti capitis Berruyerianæ criminationis. Sed quorsum hoc, quod opponit, *etiam in genere moris?* Scilicet Berruyeri sectator eamdem perpetuo incudem Pelagianam tundens, volet, non in *moris* tantummodo, sed in actionis etiam ad *justificationem*, sempiternamque salutem conferentis genere, voluntatem, etsi non adjutam divinitus, efficere tamen boni operis quidquam posse. Alioqui cur τὸ *etiam* adhiberet? Sed hæc omittamus. Nolo enim, quisquam existimet, non tam defendendi Palafoxii, quam accusandorum, vexandorumque sycophantarum caussa id esse a nobis susceptum scribendi onus. Itaque ad Pa-

Pars est tertia capitis quarti Berruyerianæ Criminationis, nihil, Palafoxii sententia, boni agere hominem post Adæ peccatum sine auxilio divino posse, ne in genere quidem moris. Accusatores Pelagiana dogmata rursum inducere conari. Ab his loca quædã Palafoxii congeri.

(1) Sic enim inscribit Tripartitus accusator caput alterum criminationis suæ: „ Per peccatum primi hominis (Palafoxio „ auctore) voluntas humana facta est impotens, atque inca„ pax ullius omnino boni,cujuscumque generis,etiam mora„ lis,sine gratia Dei „.

Palafoxium redeo. Quid is ſcribit? „ Neſcire „ ſe, *inquit*, & non poſſe ſine Deo quærere, „ cupere, æſtimare, operari, ſequi niſi pro- „ priam miſeriam & cæcitatem, amplecti da- „ mna ſua, ſuos errores diligere, evagationes „ æſtimare ſuas, atque miſerias, arctam- „ que conglutinare amicitiam cum ſuâ ca- „ ptivitate. Ex ſe ipſo, ſine Deo non poſ- „ ſe ambulare, niſi ad ſeſe præcipitandum; „ non poſſe movere paſſum, quo non ſe „ agat præcipitem; non poſſe ipſum ſe „ tueri, quin ſe vulneret; non pugnare, „ quin ſe interimat; non laborare, quin „ ſe deſtruat „ (1). Præterea „ Noſſe qui- „ dem ſe, *addit*, maxime eſſe debilem ſe, „ dum putat fortem. Inconſtantiam ipſam „ ſe item eſſe, dum conſtantem ſe judicat, „ valentemque ſeſe a periculis, & vitiis li- „ berare „ (2). Quin etiam „ In ſe non re- periri,

(1) Palafox. §. 1. „ Por mí miſmo, Señor, y Salvador „ mio, y ſin vos, ni ſé, ni puedo, ni valgo buſcar, ni deſear, „ ni eſtimar, obrar, y ſeguir, ſi no mi propria miſeria, y „ ceguedad, abrazar mis daños, amar mis errores, eſtimar mis „ deſvarios, y miſerias, y hacer eſtrecha amiſtad con mi cau- „ tiverio. No puedo caminar por mí miſmo, y ſin vos, Guia „ eterna ...no puedo dár paſo, que no ſea á precipitarme; no „ puedo defenderme, ſi no hiriendome; no puedo pelear, ſi „ no matandome: no puedo trabajar ſin vos, Criador mio, por „ mí miſmo, ſi no para deſtruirme „.

(2) §. 40. „ Conozco, que ſiempre, que yo creí, que yo „ podia por mí obrar, obré contra mí. Conozco, que ſiem- pre.

„ periri, *ait*, nisi lapsus, corruptionem, duritiem ad bonum, atque intolerabilem ad malum propensionem; non extare, nisi inexhaustam scaturiginem perniciosorum desideriorum, radicem corruptam, & venenatam, quæ sine Deo nequeat producere, nisi fructus maledictionis, & mortis „ (1). Docet deinde „ Voluntatem, cum in manu nostra sine ope Dei est, in manu esse nostrarum cupiditatum. Non posse namque a nobis quidquam sine Deo fieri, quod non sit miseria, & corruptio (2) „.

XXX. Esto: complexus hæc solum, quod quidem nego, at complexus tamen hæc solum Palafoxius fuerit Epistola Pastorali sua; verum quid in his est, 1. quod non Patres, Sy-

At hisce locis nihil cõtinetur, quod non Patrum, inprimisque Thomæ, & Augustini operibus, decretis Synodorũ, Pontificumq; Maximorũ rescriptis continea-tur.

„ pre, que yo juzgué, que era fuerte, fui flaquissimo: conozco, que quando pensé, que era constante, y que podia librarme de los peligros, y vicios, fui la misma inconstancia „.

(1) Ibid. „ Conozco, que non hai en mi sino caidas, y corrupcion, una dureza a lo bueno, una propencion intolerable a lo malo. No tengo en mi si no una mananzial inagotable de perniciosos deseos; una raiz corrumpida, y ponzoñosa, que de suyo y sin vos no pue de producir si no frutos de maldicion, y de muerte „.

(2) §. 24. „ Véo, Dios, y Señor mio, que quando tengo mi voluntad en mi mano, se halla en mano de mis antojos; y quando habia de aplicarla á vuestra luz, le offrezco la obscuridad, y tinieblas &c. „ & §. 52. „ Yo, Señor mio, avia de pensar, que de mí, y sin vos puede proceder cosa, que no sea miseria, y corrupcion „.

Synodi, Pontifices Maximi multo antè probaverint? 2. quod inde Scriptores orthodoxi non confirmarint, quorum ſunt ab omni cenſura liberæ commentationes? 3. quod demum indicet, *nil moraliter* boni operari hominem vi naturæ poſſe; quod tamen cum ad juſtificationem, ſalutemque non conferat, dici hoc ſenſu poteſt inutile? Atque ad Patres quidem quod attinet, plena jam noſtis eſſe ipſorum Monumenta ejuſmodi ſententiarum. Quid enim? Annon Auguſtinus, quidquid boni eſt in homine, *Dei eſſe* ſcribit; *hominiſque nil eſſe proprium, niſi peccatum, & mendacium* (1)? Neminemque *habere de ſuo niſi mendacium, & peccatum; ſiquid autem habet homo veritatis, atque juſtitiæ, ab illo eſſe fonte, quem debe-*

(1) S.Auguſt.ſerm.32. in Pſ.143. cap.10. pag.114.Tom.5. „ Quære, quid ſit hominis proprium, peccatum invenies. „ Quære, quid ſit hominis proprium, mendacium invenies. „ Tolle *peccatum, & quidquid conſideraveris in homine, Dei eſt*. „ Non ergo amet homo, quod proprium eſt .. Aliquid boni „ eſt, quod te monet Deus. Quod dicebamus, quære, quid „ ſit tuum, invenies peccatum. Noli ergo quærere peccatum, „ & non quæris tuum. Noli quærere mendacium, & non „ quæris tuum. Veritas enim a Deo eſt, & mendacium abs „ te „. Et ſerm.176. cap.6. pag.586. „ Noli tibi tribuere, ne „ ſis inter novem [leproſos], qui gratias non egerunt. Illi „ debemus, quod *ſumus*, quod *vivimus*, quod *intelligimus*. „ Quod bene *viximus*, quod recte *intelleximus*, illi debemus. „ Noſtrum nihil eſt, niſi *peccatum, quod habemus*. Quid enim „ habes, quod non accepiſti „?

debemus sitire (1), *hoc est a Deo? Ignoraveque se quomodo inveniri possit, quid boni sit nostrum, quod nobis non sit ex Deo; cum vel ipsa voluntas bona (quæ jam in eis bonis est, quorum usus non potest esse malus) nisi ex Deo nobis esse non possit; propterea quod dictum sit, quid habes, quod non accepisti* (2)*? Et liberum arbitrium, nisi ad peccandum non valere, si lateat veritatis via* (3)*? Idque liberum in bono non esse, quod liberator non liberaverit? Nec posse hominem boni aliquid velle, nisi adjuvetur ab eo, qui malum non potest velle* (4)*?*
Et

(1) Tract.5. in Evang. Joh. num.1. pag.233.Tom.3.par.2.

(2) Lib.2. de Peccat.Merit. & Remis.cap.18. num.28.seq. pag. 37. Tom. X.

(3) Lib.de Spiritu,& Littera cap.3.num.5.pag.58.Tom.X. „ Nos dicimus, humanam voluntatem sic divinitus adjuvari „ ad faciendam justitiam, ut præter quod creatus est homo „ cum libero arbitrio voluntatis; præterque doctrinam, „ qua ei præcipitur, quemadmodum vivere debeat, accipiat „ Spiritum Sanctum, quo fiat in animo ejus delectatio &c. „ Nam neque liberum arbitrium quidquam, nisi, ad peccandum valet, si lateat veritatis via; & cum id, quod „ agendum, & quo nitendum est, cœperit non latere, nisi „ etiam delectet, & ametur; non agitur, non suscipitur, „ non bene vivitur „.

(4) Lib.1. contra duas Epist.Pelag.cap.3. num.7. pag.274. Tom.X. „ Non itaque, sicut dicunt nos quidam dicere,& iste „ (Julianus Pelag.)audet & insuper scribere [veluti nunc scribunt Palafoxii Sycophantæ]omnes in peccatum veluti invi„ ti carnis suæ necessitate coguntur: sed si jam in ea ætate „ sunt, ut propriæ mentis utantur arbitrio, & *in peccato suo volun-*

Et nihil agi boni sine gratia (1)? *Et gratiæ deputandum, quodcumque non fiat malum* (2)? *Et nihil arbitrium liberum valere sine gratia* (3)? *Et nostra sola non esse nisi peccata* (4)? Et eos, qui secus statuerent, superbe agere (5)? Quid? Discipulus Augustini

„ *voluntate retinentur; & a peccato in peccatum sua voluntate* „ *præcipitantur;* sed hæc voluntas, quæ libera est in malis, „ quia delectatur malis, *ideo libera in bonis non est, quia liberata non est: nec potest homo boni aliquid velle, nisi adjuvetur ab* „ *eo, qui malum non potest velle* „.

(1) Lib.de Corrept.& Grat.cap.2.num.3.pag.496.Tom.X. „ Intelligenda est gratia Dei, per Jesum Christum D. N. *sine* „ *qua nullum prorsus sive cogitando, sive volendo, & amando,* „ *sive agendo (homines) faciunt bonum* „.

(2) Lib. 2. Confes. cap. 7. pag. 62. Tom. 1. „ Gratiæ tuæ „ deputo, & quæcumque non feci mala „.

(3) Epist. 186. al.106. ad Paulinum cap.2. num.4. seq. & c.10. num.34. seq. pag.514. „ Sine gratia nos dicimus, ad non „ peccandum, nihil voluntatis arbitrium valere „.

(4) In Psal. 80. serm. 1. num. 20. pag. 548. Tom. 4. explicans locum Psalmi: „Domine memorabor justitiæ tuæ solius: „ Quid addidit *solius*, *inquit*, rogo vos? Sufficeret, memo„rabor justitiæ tuæ. Solius, inquit, prorsus. Ibi meam non „ cogito. Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem, „ & accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Justitia „ tua sola me liberat: mea sola non sunt, nisi peccata. Non „ glorier ergo de virtutibus meis, non in littera remaneam. „ Reprobem litteraturam, idest homines de littera glorian„tes, & de suis viribus perverse tamquam phræneticos præ„sumentes „.

(5) Confer lib.2. de Peccat. Merit. & Remis. cap.19. num. 33. pag.38. & pag.39.Tom.X. & Enarrat. in Psal.71.num.3. pag.556. To. 4. „ Inflati sunt jactantia, qui putant sibi esse „ tribuendum, non gratiæ Dei, quod bene vivunt; & ideo „ jam nec bene vivunt,quantacumque bona opera facere videan-

ſtini Sanctus Proſper, nonne hæc in eo, quod *de Ingratis* eſt *Carmine* (1) docuit?

„ ... Hinc arbitrium per devia lapſum,
„ Claudicat, & cæcis conatibus, inque
„ ligatis
„ Motus ineſt, non error abeſt. Manet
„ ergo voluntas
„ Semper amans aliquid, quo ſe ferat,
„ & labyrintho
„ Fallitur, ambages dubiarum ingreſſa
„ viarum.
„ Vana cupit, vanis tumet, & timet,
„ omnimodaque
„ Mobilitate ruens in vulnera vulnere
„ ſurgit.

Age vero S. Bernardus *Serm.* 1. *de Annunciat.* quidquam ne uſurpavit, quod Auguſtini ſententiarum non eſſet omnino ſimile? „ Nos, inquit, qui de nihilo creati ſumus, conſtat, quia *ſi nobis ipſis relinquimur, in peccatum ſemper, quod nihil eſt, labimur* (2) „. Jam de S. Thoma Aquinate quid dicam, quem & ſenſum Auguſtini pervidiſſe

„ deantur. De ſuo quippe habere ſe putant, & gloriantur, „ quaſi non acceperint „. Innumerabilia propemodum ſunt S. Doctoris, quæ huc revolvuntur teſtimonia, quæ certe perſequi perlongum eſſet.

(1) Verſ. 586. ſeq.

(2) Num. 1. pag. 110. Tom. 2. Edit. Venet. 1765.

disse animo (id quod in Theologo orthodoxo optarat S. Fulgentius (1)) , & Religiose fuisse consectatum liquet? Is in 2. 2. *Summæ suæ Theologicæ quæst.* 130. *artic.* 3. *ad* 2. : „ Bonum politicæ virtutis , *inquit* , „ commensuratum est naturæ humanæ , & „ ideo absque auxilio gratiæ gratum facientis potest voluntas humana in illud tendere, *licet non absque auxilio gratiæ Dei*„. Et *Quæst.*24. *de Veritate art.*14. „ Si gratiam „ Dei volumus dicere , non aliquod habi„ tuale donum, sed ipsam misericordiam Dei, „ per quam interius motum mentis opera„ tur ; sic *nec ullum bonum homo potest facere* „ *sine gratia Dei* „ . De Synodis hoc scribam parcius , quod unam , alteramve nominasse, satis esse arbitrer , ut quæ ceteræ iisdem de rebus habitæ decrerint , intelligatur . Ergo Synodus Carthaginiensis habita anno 416. Pelagianos accusans in Epistola ad Innocentium I. P. M. ex eorum prava doctrina consequens esse animadvertit: „ Orandum „ nobis non esse , ut ne intremus in ten„ tationem . Si enim possibilitate naturæ , „ & arbitrio voluntatis in potestate sunt „ constituta , (ut ajebat Pelagius) quis non ea

(1) Lib. de Prædest. & Grat. 2. cap.18. num.30. pag.213. Edit. An. 1742.

„ ea videat inaniter a Domino peti ; &
„ fallaciter orari, cum orando poſcuntur,
„ quæ naturæ jam ita conditæ ſufficienti-
„ bus viribus obtinentur &c. „. (1) Synodus Milevitana eodem anno celebrata in Numidia *Canone* 4. (2) „ Quiſquis dixerit, *in-*
„ *quit*, eamdem gratiam Dei per Jeſum
„ Chriſtum Dominum Noſtrum propter
„ hoc tantum nos adjuvare ad non pec-
„ candum ; quia per ipſam nobis revela-
„ tur, & aperitur intelligentia mandato-
„ rum, ut ſciamus, quid appetere, quid
„ vitare debeamus, non autem *per illam*
„ *nobis præſtari*, ut, quod faciendum co-
„ gnoverimus, etiam facere diligamus,
„ atque valeamus;anathema ſit „. Synodus Arauſicana an.529. quæ capitula (ſibi ab Apoſtolica Sede tranſmiſſa ad docendos eos, qui aliter, quam oportet, ſentiunt) ab omnibus obſervanda protulit, & ſubſcripſit, *Canone* 22. declarat: „ Neminem habere de
„ ſuo, *niſi mendacium*, *&* *peccatum* : Si
„ quid autem habet homo *veritatis*, *atque*
„ *juſtitiæ ab illo fonte eſſe*, *quem debeamus*
„ *ſitire in hac eremo*, *ut ex eo quaſi gut-*
„ *tis quibuſdam irrorati non deficiamus in*
via

(1) Tom.I. Concil. pag.215. Edit.Pariſ.1714.
(2) Ibid. pag. 2017.

„ *via* „ (1). De Pontificibus Maximis nihil attinet dicere. Jam enim audita, pervulgata, percelebrata sermonibus eorum *adversus Pelagianos, Pelagianorumque reliquias* testimonia sunt, ut, qui ea describere instituerit, næ is frustra eum sibi laborem suscepisse videatur. Eccui namque compertum non sit, Innocentium I. ad Synodi Carthaginiensis Patres contra Pelagianos scripsisse (2). „ Quamvis Christus hominem re-
„ demisset a præteritis peccatis, tamen
„ sciens iterum posse peccare, ad repara-
„ tionem sibi, quemadmodum posset illum,
„ & post ita corrigere, multa servavit,
„ *quotidiana præstans illi remedia, quibus*
„ *nisi freti, confisique nitamur, nullatenus*
„ *humanos vincere poterimus errores: ne-*
„ *cesse est enim, ut quo auxiliante vinci-*
„ *mus, eo iterum non adjuvante, vinca-*
„ *mur* „. Et Epistola ad Patres Synodi Milevitanæ. „ Cum in omnibus divinis paginis

(1) *Tom.2. Concil. Edit. ejusd. pag.* 1100. *&* *Can.* 16. *ibid.* „ Nemo ex eo, quod videtur habere, glorietur, tamquam „ non acceperit: aut ideo se putet accepisse, quia littera ex- „ trinsecus, vel ut legeretur, apparuit; vel ut audiretur, so- „ nuit. Inde habet, quicumque habet: quisquis autem se „ inde habere negat, aut vere non habet, aut id quod vide- „ tur habere, aufertur ab eo „.

(2) Tom.I. Epist. Rom.Pont. ad An.417. pag.892. num. 6. Edit. Paris. An.1721.

„ nis voluntati liberæ non nisi adjutorium „ Dei legamus esse nectendum, *eamque nihil posse cælestibus præsidiis destitutam*, „ quonam modo *huic soli possibilitatem hanc* „ pertinaciter, ut asseritis, defendentes „ (Pelagiani) sibimet, immo plurimis „ persuadent „ (1)? Teritur præterea omnium manibus Cælestini I. ad Episcopos Galliarum Epistola, in cujus appendicis Apostolicæ Sedi semper probatæ capite septimo (2) legimus : *Nemo nisi per Christum libero bene utitur arbitrio*. Et capite 9. (3) „ Ita Deus in cordibus hominum, atque „ in ipso libero operatur arbitrio, ut san„ cta cogitatio, *omnisque motus bonus vo*„ *luntatis ex Deo sit, quia per illum aliquid* „ *boni possumus, sine quo nihil possumus* „. Denique (ut mittam de Epistolis Bonifacii II. Gelasii I. Felicis IV. ceterorumque, qui post Ecclesiam rexerunt, differere) cum nihil sit fere Homiliis Gregorii I. doctissimi, Sanctissimique Pontificis pervulgatius, tum is in *nona* earum, quæ sunt in Ezechielis Prophetiam (4) sic habet:

 Scien-

(1) Tom.I.Epist.Rom.Pont.Edit.ejusd.pag.897.num.4.
(2) Epist.21. cap.7. num.8. Tom.eod. pag.1190.
(3) Ibid. ex Zosimo Papa pag. 1191.
(4) Lib.1. num.2. Tom.I. Op. pag.1249. seq. Edit.Paris. an.

Sciendum, quod mala nostra solummodo nostra sunt; bona autem nostra, & Omnipotentis Dei sunt, & nostra; quia ipse aspirando nos prævenit, qui adjuvando subsequitur, ne inaniter velimus, sed possimus implere, quod volumus. Atque hæc quidem *Sedes Apostolica, vel potius ipse Magister, & Dominus Apostolorum* (1).

Collatis inter se Patrum, Synodorum, Pon-

XXXI. Nunc ego omnium, qui præ se nihil antecepti, præjudicatique ferant, cla-

„ an.1705. quo etiam loco. „ Hinc est, inquit, quod ipsa Veritas discipulis dicit, *sine me nihil potestis facere*. Sed in his „ considerandum, quia *sic bona nostra*, si Omnipotentis dona „ sunt, ut in eis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro „ meritis æternam retributionem quærimus? Si autem ita nostra sunt, ut dona Dei Omnipotentis non sint, cur ex eis „ Omnipotenti Deo gratias agimus? Sed sciendum est, quia „ mala nostra solummodo nostra sunt; bona autem nostra, & „ Omnipotentis Dei sunt, & nostra; quia ipse aspirando nos „ prævenit &c. Præveniente ergo gratia, & bona voluntate „ subsequente, hoc quod *Omnipotentis Dei donum est, fit meritum nostrum*; quod bene Paulus brevi sententia explicat, „ dicens: *plus illis omnibus laboravi*: qui ne suæ videretur virtuti tribuisse, quod fecerat, adjunxit: *Non autem ego, sed* „ *gratia Dei mecum*. Quia enim cælesti dono præventus est, „ quasi alienum se a bono suo opere agnovit, dicens: non „ autem ego. Sed quia *præveniens in eo gratia, liberum arbitrium fecerat in bonum*, quo libero arbitrio eamdem gratiam „ est subsequutus in opere, adjunxit: *sed gratia Dei mecum*. „ Ac si diceret, in bono opere laboravi non ego, sed & ego. „ In hoc enim quod solo Domini dono præventus sum, non „ ego: in eo autem, quod donum voluntate subsequutus, „ & ego „.

(2) S. August. Epist. ad Paulinum 186. num. 29. pag. 513. Tom. 2.

clamo, postulo, atque imploro fidem, ut adsint, cognoscant, animadvertant, quidquam ne in oratione universa Palafoxii reprehensum ab accusatore triglypho sit, quod non hisce Patrum, Synodorum, Pontificumque Maximorum locis contineatur? Nam hi quoque tantam esse hominis miseriam affirmant, nihil ut ejus *proprium* dicant, nisi *mendacium*, & *peccatum*: quare *Dei esse quidquid in homine invenitur veritatis, atque justitiæ, nihilque in voluntate nostra reperiri boni, quod non sit ex Deo*: propterea que voluntatem nobis esse bonam ex Deo, nisi velimus Paulo resistere ajenti; quid habes, quod non accepisti? Præterea *liberum in bono non esse* (1), *quod Liberator non liberaverit*; *nec posse hominem boni aliquid velle, nisi adjuvetur ab eo, qui malum non potest velle*; hominemque non adjutum divinitus, *ob sui corruptionem, mobilitate sua in vulnera ruere*; *sibique relictum in peccatum semper, quod nihil est, labi*; *nec bonum ullum posse sine Dei gratia facere*. Quin etiam *nisi divinis remediis nitamur, nullatenus nos posse errores vincere, cum necesse sit, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur*. Postremo *volun-*

tificum verbis, cum Palafoxianis loquendi modis, hi esse illis ostēduntur omnino similes; quare si arguēdus Palafoxius est; eos item arguendos fore: sin autem illorum sanctitati ea non obstare dicatur; consequens erit, ne loquutiones quidem adhibitas a Palafoxio, hujus caussæ obfuturas.

(1) Confer S. Prosperum l. c. v. 576. seq.

luntatem nostram nihil posse præsidiis cælestibus destitutam; omnemque bonam voluntatem ex Deo esse; ac neminem, nisi per Christum, bene uti arbitrio libero; quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus; mala autem nostra solummodo nostra esse; bona vero nostra & Omnipotentis Dei, & nostra; nam in hoc, quod solo Domini dono præventi simus, non nos; in eo autem, quod donum voluntate subsequuti, & nos. Scilicet nisi minus, at certe nihil plus Palafoxius, non quidem, ut hi, disputando cum heterodoxis, quod sane scribendi genus pressius esse, castigatiusque debet; sed precando, de infirma jacenteque hominis natura dixit. Itaque objiciat hisce tot Patribus, Pontificibusque Maximis sycophanta, *impotentem*, eorum quidem sententia, *factam esse peccato primi hominis voluntatem, atque incapacem ullius omnino boni, etiam moralis, sine Dei gratia*; iisdemque opponat, perinde ac si id negarint, Augustini pronunciatum: „ Liberum „ arbitrium ad bonum, & ad malum faciendum, confitendum est nos habere „ (1); Atque

(1) Hunc locum Augustini objicit Palafoxio Sycophanta in 1. cap. accusationis suæ. Verum qua fide, paulo post demonstrabitur.

Atque ubi hoc oppofuerit, accufet Ecclefiam catholicam univerfam, eamque præcipitis judicii arguat, quod eadem Augustino ipfi, quod Profpero, quod Bernardo, quod Thomæ, quod Innocentio, quod Cæleftino, quod Gregorio Sanctorum honores decreverit, deferreque pergat. Quod fi non audet; fi quæ hi fcripfere, non obftitiffe putat, quin jure ipfi in Beatorum numerum adfcriberentur; cur obftabunt, quominus Palafoxium item adfcribi ferat? Sed dicam aperte, quod fentio. Inveterata accufatorum malevolentia una eft difcriminis ratio, qua fit, ut quod non obfit aliis, obfit Noftro, cujus & invidi virtutis funt, & honorum, ac laudis inimici. Quamquam fi ab Judicibus fibi Veterator Tripartitus non metueret, verendum effet, ne Pelagium, Cæleftiumque (1), non Auguftinum, neque In-

 nocen-

(1) Quid enim magis Pelagianum, quam fortem fe, viribufque pollentem putare declinandi, fine Dei ope, pericula, fefeque a vitiis liberandi? S.Aug. Ep.157. ad Hilarium Syracufanum al. 89. num.16. pag.417. Tom. 2. eofdem hæreticos refellens: „ Lex, inquit, fubintravit, ut abundaret deli„ ctum, five cum homines negligunt, quod Deus jubet: *five* „ *cum de fuis viribus præfumentes, adjutorium gratiæ non im*„ *plorant, & addunt infirmitati fuperbiam*„.En cur Palafoxius dixerit, debilem tum effe maxime hominem, cum fe fortem putat &c. Confer eumdem S.Auguft.ibid. cap.2. num.7. pag. 413. & Epift. 186. ad Paulinum cap.9. num. 33. pag. 513. & cap.1.

nocentium pronunciaret in Sanctos referri oportere. Nam qui a Pelagio non dissentiens, eos redarguit, qui hominem *tum maxime esse debilem* doceant, *cum se fortem putat*; *ipsamque esse inconstantiam*, *&* *vanitatem*, *dum constantem se*, *valentemque viribus e periculis sese ac vitiis liberandi arbitratur*; qui eos, inquam, qui sic doceant, reprehendit, quo tandem modo Pelagium contra pugnantem non præferet Innocentio I. ipsum condemnanti, scribentique: „ Quid nos re-„ ctum de eorum mentibus æstimemus, qui „ sibi se putant debere, quod boni sunt? „ Sed jam isti, qui tales sunt, nullam Dei „ gratiam consequuntur, quia sine illo tan-„ tum se assequi posse confidunt, quantum „ vix illi, qui ab illo postulant, prome-„ rentur „ (1). Illud porro, quod de libero arbitrio ex Augustino in Palafoxium sycophanta contorquet, quale tandem est? *Liberum enim arbitrium ad bonum*, *&* *ad ma-*

cap.1. num.3. & cap.2. num.4. seq. pag.506. & Epist. 194. ad Sixtum cap.2. num.11. seq. pag.547. & cap.6. n.22. seq.pag. 549. & Epist. ad Innocentium I. P. M. Tom. I. Concil. pag. 1203. & lib.5. contra Julianum Pelagian. cap.3. num.9. pag. 417. Tom.X. Op. Confer etiam S.Cælestini Papæ I. Epist.21. ad Episcopos Galliarum cap.4. seq. & cap.9. pag. 1189. seq. Tom.1. Epist.Rom.Pont. Edit. Paris. an.1721.

(1) Innoc.I. Epist. 29. ad Concil. Carthag. num. 39. pag. 890. Tom. eod. Epist.Rom.Pont.

malum faciendum confitendum esse, nos habere, quandonam Palafoxius negavit? Annon testatus palam est, hominem *esse arbitrum sui remedii, vel sui damni; ipsumque fabricari sibi libertate sua æternam aut coronam, aut pœnam* (1)? At sine Deo ad bonum esse impotens arbitrium liberum addidit. Quid? Annon addit etiam Thomas 1. 2. qu. 109. art.2. ad 1.? Qui ubi dixit: „ Quod homo „ est Dominus suorum actuum & volen- „ di, & non volendi propter deliberatio- „ nem rationis, quæ potest flecti ad unam „ partem, vel ad aliam „ tum statim adjunxit „ Sed ut deliberet, vel non delibe- „ ret, & si hujusmodi etiam sit Dominus, „ oportet, quod hoc sit per deliberationem „ præcedentem,& cum hoc non procedat in „ infinitum,oportet, quod finaliter devenia- „ tur ad hoc, *quod liberum arbitrium ho-* „ *minis moveatur* ab aliquo exteriori prin- „ cipio, quod est supra mentem humanam, „ scilicet *a Deo*, unde mens hominis, etiam „ sani, *non ita habet dominium sui actus,* „ *quin indigeat moveri a Deo:& multo magis* „ *arbitrium hominis infirmi post peccatum,* „ *per quod impeditur a bono per corruptionem* „ *naturæ* „. Annon item simile quidpiam ad-

 dit

(1) Vide §. 27. hujus nostræ Epistolæ.

dit Augustinus ei ipsi loco, quo veterator abutitur? Est is locus e cap. 1. lib. de Corrept. & Gratia (1). Sic autem habet: „ Liberum arbitrium & ad malum, & ad bonum faciendum confitendum est nos habere „ Hæc solum attulit accusator. At S. Doctor mox „ *Sed in malo*, inquit, *faciendo liber est quisque justitiæ*, *servusque peccati*; *in bono autem liber esse nullus potest*, *nisi fuerit liberatus ab eo*, qui dixit, si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis; nec ita ut cum quisque fuerit a peccati dominatione liberatus, jam non indigeat sui liberatoris auxilio, sed ita potius, ut ab illo audiens: sine me nihil potestis facere: dicat & ipse: adjutor meus esto, ne derelinquas me. *Hanc fidem*, *quæ sine dubio vera*, *& Prophetica*, *& Apostolica*, *& Catholica Fides est*, etiam in Fratre nostro Floro invenisse me gaudeo „. Videtis quid Augustinus adjunxerit; quidque, ipso teste, contra Pelagianos catholica fides postulet. Cur autem hæc accusator silentio premenda duxit; nisi quia sic est institutus, ut si veritate nequeat, nocere tamen fraude conetur? Ac nisi hæc veterator prætermisisset, confiteri, quod

Fraus accusatoris detruncātis Augustini locum.

(1) Num. 2. pag. 495. seq.

quod nolebat, ingratiis coactus esset: reprobatum nempe ab Augustino fuisse Pelagianorum, atque adeo Berruyerianorum dogma, *ita paribus momentis potestatem voluntatis æqua lance perpendentium, ut quantum ad peccandum, tantum etiam ad non peccandum valere definirent* (1). Sed ferte, obsecro, uti vos morer paucis, ostendamque etiam atque etiam, quam doctrinæ Palafoxii consonet; quamque errori sycophantæ repugnet Augustini sententia. *Errori*, inquam, *sycophantæ*; nam is Palafoxium reprehendens (qui ait, hominem gratiæ divinæ præsidiis destitutum, suis viribus e vitiorum cœno, ac sordibus emergere nequire) satis indicat, in ea se opinione versari, ut non egere hominem putet divina ope, quo recte agat, seseque a vitiis liberet. Augustini contra hæc est in Epistola 186. al. 106. ad Paulinum (2) sententia: „ Nec in illis li„ bris recentioribus, quos idem Pelagius „ post judicium (Palæstinum) dicitur edi„ disse, quamvis adjutorio divinæ gratiæ „ consentire (*ut accusator Palafoxii*) vi„ dea-

(1) Vide S. Thomam III. contra Gentes cap. 160., quo loco: „ Cum, inquit, mens inclinata jam fuerit ad aliquid, „ non se jam habet æqualiter ad utrumque oppositorum, sed „ magis ad illud, ad quod est inclinata „.

(2) Cap. 10. num. 34. pag. 514. Tom. 2.

„ deatur, quid de hac re ſentiat ſatis evi-
„ denter apparet. Aliquando enim ita pa-
„ ribus momentis poteſtatem voluntatis æ-
„ qua lance perpendit, ut tantum ad pec-
„ candum, quantum etiam ad non peccan-
„ dum valere definiat; *quod ſi ita eſt, nul-*
„ *lus locus adjutorio gratiæ reſervatur, ſine*
„ *qua nos dicimus, ad non peccandum nihil*
„ *voluntatis arbitrium valere*. Aliquando
„ autem quotidiano gratiæ Dei muniri nos
„ confitetur auxilio, *quamvis habeamus ad*
„ *non peccandum forte, ac firmum liberum*
„ *arbitrium; quod utique invalidum, & in-*
„ *firmum debuit confiteri, donec ſanentur*
„ *omnes languores animæ noſtræ*. Non enim
„ pro infirmitate corporis precabatur, qui
„ dicebat, *miſerere mei Domine, quoniam*
„ *infirmus ſum &c.* Nam ut oſtenderet,
„ pro *anima* ſe rogare, ſequutus adjunxit,
„ *& anima mea turbata eſt valde* „. Abeat
nunc veterator, atque ad Auguſtinum, ſi
potis eſt, provocet.

Quod ſi accuſator explicari Auguſtini, Patrum ceterorũ, Synodorũ, Pontificum loca commode poſſe dicet; non videtur quæ cauſſa

XXXII. Atenim Patrum, imprimiſque Auguſtini, Conciliorum, Pontificum (quorum ſupra deſcripta ſunt teſtimonia) explicari ſententiæ, traducique in optimam partem poſſunt. O mirificum accuſatorem, cui tam pio in ceteros eſſe liceat; in Palafo-

xium

xium vero non liceat; etsi minus, aut certe non plus hic, quam illi, iisdem de rebus dixerit! Verumtamen agat accusator, demonstret, quam in partem accipere Patrum, Conciliorum, Pontificum verba oporteat; eique promitto, atque confirmo, non minus commode eodem me pacto Palafoxii sententias accepturum. Equidem prospicio, quid sit veterator dicturus, ut ceteros tueatur, Palafoxium damnet. Patres, inquiet, cum ab homine divinis præsidiis deserto nihil boni fieri scribunt posse, non de eo, quod *bonum* in moris genere sit; sed de *bono*, quod ad justitiam, sempiternamque salutem conferat, intelligi oportere. Rursum ipsos, cum hominem nihil habere *suum*, *nisi mendacium*, & *peccatum* ajunt, non id velle, ut homines *bona opera in genere moris* non habere de suo putent; sed ut indicent, tam non habere de suo homines *bonum*, quod ad *justificationem*, sempiternamque ipsorum salutem conducat; ut malum contra de suo habeant, hoc est mendacium, & peccatum, quo a *justificatione* recedant, sibique parent sempiternam mortem.

esse possit, cur commode perinde non sit explicanda Palafoxiana scribendi ratio.

XXXIII. Jam hoc ille primum contendit, atque elaborat, ut quasi capite damnatam mul-

Accusator secus atque decreta Pont. Maxim. ferant, damnatam vult

Contensonii, aliorumque Catholicorū Theologorum, Vasquesiique de actionibus in genere moris sine gratia non perficiendis sententiam.

mulctet Contensonii, (1) aliorumque, quos Vasquesius (2) laudat, cum veterum, tum recentium Theologorum sententiam: *hominem in statu naturæ lapsæ, nihil boni, etiam moralis, sine auxilio Dei operari, aut velle posse* credentium. Verumtamen, qua se veterator præditum potestate censet, ut (contra atque cautum ab Apostolica Sede fuerit) damnatum id esse prædicet, quod tot Orthodoxi Theologi palam (inspectantibus, audientibus, neque vero vetantibus Pontificibus Maximis) & defenderunt olim, & non desistunt defendere? Quorum sane Theologorum Pontifices ipsi, Sacræque Congregationes ne libros quidem de manibus adolescentium rudium, tyronumque in Theologia deponendos umquam statuerunt.

Synodi Tridentinæ canon, quem obiicit accusator, ad institutum non

XXXIV. At Synodus Tridentina, inquit Accusator, anathemate perculit eos, qui dicerent „Opera omnia, quæ ante justifi-
„ catio-

(1) Contenson Theolog. Mentis, & Cordis lib. 8. Differt. 2. cap. 1. speculat. 2. pag. 229. Edit. Lugd. An. 1687.

(2) In 1. 2. Sum. Theolog. S. Thomæ Disp. 190. cap. 2. pag. 323. Edit. Lugd. 1620. In his nominat Albertum Magnum, Guillelmum Antisiodorensem, Marsilium Virviesium, Alexandrum de Hales, Gersonem, Alphonsum de Castro, Ambrosium Catharinum, Clichtovæum, Roffensem, Capreolum, Dezam, Romæum, Petrum a Soto Concilii Tridentini Theologum.

„ cationem fiunt , quacumque ratione facta
„ sint , vere esse peccata, vel odium Dei me-
„ reri (1)„.Et S.Pius V. propositiones hasce
Baii confixit: „ Omnia infidelium opera sunt
„ peccata , & Philosophorum virtutes sunt
„ vitia „. Et „ liberum arbitrium sine gratiæ
„Dei adjutorio,nonnisi ad peccandum valet,„
Quin etiam Clemens XI. hasce proscripsit
Quesnelli propositiones . „ Quid aliud rema-
„ net animæ , quæ Deum , atque ipsius gra-
„ tiam amisit, nisi peccatum, & peccati con-
„ sequutiones . . . hoc est generalis impo-
„ tentia ad laborem , ad orationem , & ad
„ omne opus bonum„? Et„ Jesu Christi gra-
„ tia principium efficax boni cujuscumque
„ generis necessaria est ad omne opus bo-
„ num . Absque illa non solum nihil fit ,
„ sed nec fieri potest „ . Et „ peccator non
„ est liber , nisi ad malum , sine gratia li-
„ beratoris „ .

pertinet, ut ne propositiones quidem Baii, Quesnelliq; ab Sede Apostolica reprobatæ.

XXXV. Prorsus ita . Verum quid hæc ad rem? An usquam ii , quos nominavi , Theologi ; an Palafoxius , hominem , qui justitiam , aut saltem fidem non sit consequutus , operari non posse , nisi malum scripsere ? Nusquam certe . Qua igitur confidentia Accusator opponere Ven. Viro audet

Nihil enim Palafoxius probavit , quod non Patrum sit,quodque a Synodi Trid, doctrina discrepet .

(1) Canon est is septimus Sess.6.

det Synodi Tridentinæ Canonem ? At is Præſul modo *ſine auxilio Dei*, modo *ſine gratia*, modo *ſine Deo* hominem quidquam boni facere negat poſſe. Itane vero ? Ergo ſi propterea opponendus is canon Palafoxio eſt, exprobrandus item erit Bernardo, Auguſtino, Thomæ, Innocentio, Cæleſtino, Gregorio, quorum ſunt a nobis paulo ante deſcripta loca; exprobrandus Apoſtolo Paulo profitenti: *non eſſe nos ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ex Deo eſſe noſtram ſufficientiam* (1); exprobrandus ipſi Servatori generis humani Chriſto, qui dixit, *ſine me nihil poteſtis facere*. (2)

XXXVI.

(1) II. Ad Corinth. cap.3. verſ.5.

(2) Joh. Evang, cap.15. verſ.5. S.Auguſt. tract.81.in Joh. n.2. & 3. pag.512. ſeq.Tom.3. part. 2., „ Quid dicitis, qui vos „ ipſos decipitis,non aſſertores, ſed præcipitatores liberi arbi- „ trii ex alto elationis per inania præſumptionis in profunda „ ſubmerſionis ? Nempe vox veſtra eſt, quod homo ex ſeme- „ tipſo facit juſtitiam. Hoc eſt altum elationis veſtræ. Sed „ veritas contradicit, & dicit, *palmes non poteſt ferre fructum* „ *a ſemetipſo, niſi manſerit in vite &c.*... Non ait, *ſine me* „ *parum poteſtis facere, ſed nihil poteſtis facere*. Sive ergo pa- „ rum, ſive multum ſine illo fieri non poteſt, ſine quo nihil „ fieri poteſt„. Vide S.Thomam 1.2. qu.109. art.2. ad 3. & art.4. in corp. ubi : „ Neque in ſtatu naturæ integræ, *inquit*, „ neque in ſtatu naturæ corruptæ poteſt homo implere abſque „ gratia legis mandata;unde Auguſtinus in lib. de Correptio- „ ne, & Gratia, cum dixiſſet, quod *ſine gratia nullum prorſus bonum homines faciunt*, ſubdit, *non ſolum, ut monſtrante* „ *ipſa*

XXXVI. Quotus autem quisque Catholicorum est, qui præter sanctificantem, habitualemque gratiam genus dari gratiæ *actualis* neget, quo adjutus homo, ea possit perficere, quibus muniat sibi ad fidem, & ad justificationem, atque ad salutem viam? An forte hanc Veterator agnitam Palafoxio, aut probatam fuisse inficiabitur? Sed quo id ore negare poterit, cum Vir Ven. nomine hominis peccatoris scribat numero VIII. Palafoxii doctrina cum Synodi Trident. decretis congruit.

Figemos dentro de este duro corazon, que es necesario vivir orando, clamando, pidiendo a Dios luz, y gracia para guardar su Ley Santa.	Fixum intra hoc cor durum ponamus, necesse esse vivere orando, clamando, petendo a Deo lucem, & gratiam ad custodiendam illius sanctam legem.

Quisquamne tam sit vecors, ut *duro corde* hominem *justificatum* existimet? ac si non existimet *justificatum*, excitet tamen, ut oret, ut petat, ut clamet, si hæc, nisi ab *justificato*, fieri non posse arbitretur? & si ab non *justificato* fiant, *in peccatis* esse numeranda putet? Quid? Si Palafoxius dicat

„ *ipsa, quid faciendum sit, sciant; verum etiam, ut præstante* „ *ipsa faciant cum delectatione, quod sciunt*„. Et in responsione ad secundum argumentum: „ Dicendum quod illud, quod „ possumus cum auxilio divino, non est nobis omnino impos- „ sibile, secundum illud, quod per amicos possumus, aliqua- „ liter nos possumus: unde Hieronymus ibid. confitetur, sic „ *nostrum liberum esse arbitrium*, ut dicamus, *nos semper Dei* „ *indigere auxilio* „.

cat (1) : *hominem plenum culparum, & miseriarum*, adeoque *justificante gratia* carentem, *gemere in tenebris, & obscuritate culpæ; unaque fateri, quod sine Deo, sempiterna nimirum luce, non videbit; sine virtute, seu viribus divinitus datis, non rumpet catenas suas; & secretos hosce gemitus, ictusque cordis, quibus suam deplorat captivitatem, esse auxilia manus, vires potestatis, effectus misericordiæ, radios denique bonitatis Dei?* Agnoscit ergo Vir maximus, conceditque, præter *justificantis* aliud gratiarum divinarum genus; quo homo etsi non *justificatus*, fateatur tamen debilitatem, gematque captivitatem suam: quam confessionem proinde, quosque gemitus bonos esse, non infectos peccato credit. Quæ igitur veteratoris hæc tanta impudentia est, ut ei viro, qui paria confiteatur, Tridentinæ Synodi Canonem opponere audeat, quo damnantur ii, qui opera ante *justificationem* perpetrata, quacumque ratione fiant, *peccata* esse, odiumque Dei mereri defenderent?

XXXVII.

(1) Palafox. ibid. §.15. „ Mi alma llena de culpas, y de „ miserias, gime en las tinieblas, y obscuridad de la culpa, „ y reconoce, que sin vos [o luz eterna] no viera: que sin „ vuestras fuerzas, Dios mio, no guebrantara sus hierros; y „ estos secretos gemidos y latidos, con que está llorando su „ cautiverio, son auxilios de vuestra mano, son fuerzas de „ vuestro podér, efectos de vuestra misericordia, rayos de „ vuestra bondad „.

XXXVII. At Baii dogmata. Quid hæc nobis accuſator narrat, de quibus jamdiu, copioſe, non repugnante Apoſtolica Sede, actum non modo a Contenſonio eſt, verum etiam a Molinæ ſodali Vaſqueſio (1), cujus hac de re S. R. E. Cardinalibus Bellarmino, & Toleto probatam interpretationem in damnatis poni, nunquam profecto idem accuſator feret? Nihilo ſecius tam de Bajanis, quæ ante; quam de Queſnellianis, quæ multo poſt Palafoxii mortem damnatæ fuerunt, propoſitionibus hoc dicam breve; notatas quidem eas fuiſſe, non ſenſu, quo Patres, Pontificeſque, de quibus ſupra demonſtratum eſt, ipſas aliquando uſurparunt; ſed quo Bajus, atque Queſnellius. Horum autem duorum hunc omnino fuiſſe ſenſum, ut gratiam *habitualem*, aut caritatem, *gra-*

Nihilque continet non diſcrepans à Baii, Queſnellique dogmatibus.

(1) In 1.2. Summæ S.Thomæ diſp.190. cap-18. pag.356. quo loco ſcribit hoc modo: „ Bajus prædictam propoſitionem „ XXVIII. *liberum arbitrium ſine gratiæ adjutorio, nonniſi* „ *ad peccandum valet.*: quam habet lib. 2. de Juſtitia, &. vir- „ tutibus impiorum cap. 9. in eo ſenſu intellexit, quem ex- „ preſſit aperte eodem libro cap. 4. & 5. nempe per auxilium „ gratiæ intelligens auxilium inhabitantis Spiritus Sancti, quo „ referantur opera illa in Deum. Nam propoſit. 59.& 60. no- „ tata in prædicta Bulla (S.Pii V.) non admittebat ille diſtin- „ ctionem gratiæ Spiritus Sancti nondum habitantis, qualem „ concedimus ante remiſſionem peccatorum; & inhabitantis, „ qualem dicimus eſſe poſt remiſſionem, quod contradicebat „ Concilio Tridentino Seſſ.14. cap.4. „.

tiæ nomine intelligerent; cum tamen Palafoxius Patres ſequutus, præter gratiam *habitualem*, & *caritatem*, aliud genus auxiliorum divinorum poneret, quo ſepti, qui in culpæ tenebris verſarentur, bene agere, ſternereque ſibi valerent ad *juſtificationem* iter.

Palafoxius vi naturæ perfici bonū aliquod in genere moris ab homine poſſe, docet.

XXXVIII. Quamquam ne hac quidem mihi erat opus reſponſione. Nam agi ab homine quidquam non mali, adeoque moralis boni viribus naturæ poſſe, agnitum, conceſſumque a Palafoxio eſt: verum cum nihil id bonum conferat, dicique propterea poſſit ad juſtificationem inutile, vix ejus ſapientiſſimus Præſul meminit; in eoque ſolum argumento conſiſtendum ſibi putavit eſſe, quo quidem oſtenderet, quam ad recedendum homo a Deo valeat; quamque contra, ſine adjumentis divinæ gratiæ, ad ei ſatisfaciendum, gratumque ſe reddendum non valeat. Hoc enim ille ſibi ad demonſtrandum propoſuerat. Jam vero cur eſſet oſtendendo, explicandoque illi *morali bono* immoratus, quod nihil aut officere, aut prodeſſe, conducereve ſcopo, ſeu fini poſſet, quem ipſe ſibi præſtituiſſet? Ac meminiſſe quidem Palafoxium ejuſmodi *moralis boni*, *ex* §. 11. *Epiſtolæ* ejuſdem ſuæ Paſtoralis conſtat, quo loco ſcribit:

„ Con

„ Con todos los avisos de la „ razon, y sabiduria humana „ no puedo hacer sin vuestra „ gracia, sino diligencias inu- „ tiles, socorros fragiles para „ conseguir la libertad per- „ dida.

Omnibus rationis, sapientiæque humanæ monitis non possum sine gratia tua, nisi inutilia studia, fragiliaque adjumenta adhibere ad consequendam perditam libertatem.

Quid? An *Socorros*, hoc est adjumenta, etsi *fragilia* ad consequendam perditam justitiæ libertatem, peccata esse putasset? Restat igitur, ut putarit bona, sed ejusmodi, quæ ad id libertatis genus inutilia, ac fragilia plane essent. Quæ quidem doctrina Palafoxii, quam etiam SS. Augustini, & Thomæ esse censeo, multo videtur mihi, quam Contensoniana, & Vasquesiana ad veritatem propensior. Audistis, qua fide versatus Accusator fuerit in tertia Capitis Quarti suæ Criminationis parte. Nunc de quarta cognoscite.

Tertium accusationis Berruyerianæ caput est de hominis post lapsū Adæ peccandi necessitate, si efficax desit gratia. Palafoxius nihil tale, immo vero oppositum docuit.

XXXIX. Doceri a Palafoxio, Veterator scribit, inlatam fuisse peccato primi parentis in hominum genus peccandi servitutem; adeo ut, *absente gratia victrice, irresistibilis sit peccandi servitus; & rursum sequatur libertatis absoluta ad omne opus bonum, etiam ordinis naturalis, impotentia*. Hac Tripartitus sycophanta composita, divulgataque fallacia, speravit fore, ut non modo in iratis Palafoxio, sed in aliorum etiam

doli

doli neſciorum animis fictum crimen facile inſideret. Sed jam detractam ſuperioribus Paragraphis animadvertiſtis eſſe ſubdolo præſtigiatori larvam. Nam, Palafoxio docente, viſum jam eſt, & boni aliquid in genere moris poſſe hominem ſuis viribus operari; & *dari ſemper a Deo*, *quod ſufficiens ſit ad poſſe bene agere abſente efficaci gratia*; eodemque Palafoxio teſte, *liberos eſſe* ad bonum, & ad malum homines, inque manu eorum perniciem ipſorum, & ſalutem eſſe. Quod ſane demonſtratum ſic eſt, ut nemini jam ſuperſit contra garriendi locus. Id quod liquere etiam, atque etiam poterit ex iis, quæ Vir idem Ven. in Epiſtola ipſa Paſtorali docuit, antequam ad *Conocimientos de la Divina Bondad &c.* deſcribendos accederet. Sic enim diſſerit num. 3.

„ Juzgamos que eſtá en nueſtra mano el ſalvar nos, y aunque es aſſi, que por la gracia Divina lo eſtá, no hacemos obras de gracia.	*Judicamus*, *in manu noſtra eſſe*, *nos ſalvare*, *& quamvis ita eſt* (*eſſe* ſcilicet *per gratiam Dei* in manu noſtra) *non agimus* (tamen) *opera gratiæ*.

En ut, Palafoxio prædicatore, in manu ſit noſtra noſmet ſalvare; hoc eſt poſſe nos ſalutem noſtram curare, etiam abſente *efficaci gratia*. Nam ſi victrix illa gratia adeſſet, gratiæ opera ſine dubio perficeret is, a quo

a quo non fieri opera gratiæ Palafoxius confitetur ; etiamsi habeat in sua manu salutem suam . Doctore igitur Palafoxio , etiam dum gratia victrix abest , in hominis est potestate suam salutem curare . Quo autem modo potest homo , nisi actionibus bonis , saluti suæ prospicere ? Potest igitur homo boni aliquid agere, Palafoxio teste , etiam absente victrici gratia . Itaque non est illigatus peccandi servitute . Id autem posse agere hominem , ut curet salutem suam , in manu esse hominis per gratiam Dei , & monet Palafoxius,& est per sese certissimum. At id genus gratiæ , quod solum dat posse , non est efficax . Manet ergo , ut sit sufficiens , idque *communiter* , ut ajunt , Palafoxii sententia , hominibus concedatur ; nisi enim ita concederetur , non tam late dictum Ven. Viri pateret : in manu esse nostra nosmet salvare .

XL. Torquebant hæc tam firma , tam illustria , tam ad Scholæ Thomisticæ doctrinam accommodata , uno verbo tam catholica Palafoxii loca , torquebant , inquam , Accusatorem . Itaque is , ne se talem omnibus (quod nolebat) manifestaret , qualis & esse volebat , & reipsa , ut esset , artibus , fraude , dolis curaverat , antiquum ob-

Sequitur Palafoxius Thomisticæ scholæ doctrinam : Accusator aulicam calumniam agit, invidiamque Jansenismi conflare optimo Præsuli conatur; sed frustra.

obtinens, ea verſute prætermiſit. Facturus inde incautis, rerumque imperitis fucum, quemdam ex §. 35. Epiſtolæ Palafoxianæ deſcripſit locum, qui ſic haberet.

„ Eſtá nueſtra voluntad ... „ eſtá herida deſde la primera „ culpa, corre ſangre de miſe- „ rias en todo quanto eſtá „ obrando.	*Hæc noſtra voluntas... vulnerata poſt primam culpam, in eo toto, quod operatur, manat ſanguinem miſeriarum.*

Quem ad locum novus Ariſtarchus, quaſi ad malum verſum notam adpoſuit; tametſi nihil in eo ſit, quod a judicio vetuſtatis (ut demonſtravimus Paragraphis ſuperioribus) a Synodorum Canonibus, a reſponſis Pontificum diſcrepet. Quid autem Veterator notarit, attendite. Nota, inquit: ſenſus eſt: „ voluntas noſtra vulnerata peccato ori- „ ginali nihil operatur, quod non ſit miſe- „ ria, hoc eſt peccatum „. Atqui id notæ genus (ut ex tot Præſulis optimi documentis, quæ ſuperioribus Paragraphis adducta ſunt, liquet) plena eſt fraudis, & calumniarum. Nam vulneratam hominis naturam, in genere moris aliquid boni agere poſſe ſuis viribus, Vir Ven. concedit; & adjutam divino præſidio orare, gemere, aliaſque actiones perficere, quæ ad juſtificationem conferant, confitetur.

XLI. Sed inſtat nihilominus Accuſator, Pa-

Palafoxioque, perinde ac si auctorem constituerit peccati Deum, opponit Canonem sextum Sessionis sextæ Synodi Tridentinæ: „ Si quis dixerit non esse in potestate ho- „ minis vias suas malas facere; sed mala „ opera, ita ut bona, Deum operari, non „ permissive solum, sed etiam proprie, & „ per se, adeo ut sit proprium ejus opus „ non minus proditio Judæ, quam vocatio „ Pauli: anathema sit „. O hominem impurum! Ecquid in adducto; ecquid in ceteris, quæ mox affert, Palafoxii locis est non evertens tam infandam blasphemiam? De homine primi parentis scelere in culpæ servitutem redacto; de orta inde dominatrice animi cupiditate; de corruptione naturæ humanæ, atque hinc profecta miseria, eo plane sensu, quo Patres, ut supra docuimus, Palafoxius dixit in locis iis, quibus sycophanta abutitur; de Deo autem, quasi peccati sit auctor, tam non dixit, ut contra aperte dixerit, hominem solum sui esse sceleris, damnique caussam; Deum vero unum esse bonorum fontem in humanum genus manantium. Itaque Vir summus oblatrandi ansam suis canibus prærepturus, *numero* v. *Epistolæ illius Pastoralis*, hæc omnino scripsit.

Calumniatur Accusator, qui Palafoxiũ carpat, ac si is Deum constituerit peccati auctorem. Quā facile hæc convinci, depellique possit, Palafoxii verbis, calumnia.

Per

Por ventura, como consiste en nos otros solos el condanarnos, consiste en nos otros solos el salvarnos? Esto no. De Dios el salvarnos, de nos otros el perdernos.

An forte, ut in nobis solis consistit nosmet damnare; sic in nobis etiam solis est nos salvare? Id quidem minime. Dei est nos salvare, nostrum nos perdere.

Affert porro ad eam rem comprobandam ex Oseæ Prophetia insignem locum (*cap.* 13. *vers.* 9.) *Perditio tua ex te Israel; tantummodo in me auxilium tuum*. Jam vero §. x. pergit scribere.

Conozco, Señor mio, que vos sois la fuente de nuestros bienes, y que de la manera, que no puede saciarse la sed sin el agua, que apetece, ni nuestra necessidad sin vuestra misericordia.

Cognosco, mi Domine, te esse fontem nostrorum bonorum, & eo modo, quo satiari sitis non potest sine aqua, quam appetit, non potest item sine misericordia tua nostra necessitas.

Rursum §. *XVII.*

(mi alma) de su misma mano muerta, flaca, y debil en lo bueno; poderosa, y efficaz a lo malo solo, en vos (Jesus mio) halló; y halla su medicina, y remedio ... LAS VICTORIAS SE DEBEN A VUESTRA MANO; LAS CAIDAS SE DEBEN A MI MISERIA.

Anima mea sua manu propria mortua, imbecillis, ac debilis in bono; potens, & efficax in malo, solum in te (mi Jesu) invenit, & invénit suam medicinam, & remedium ... VICTORIÆ DEBENTUR MANUI TUÆ; PROLAPSIONES VERO MEÆ DEBENTUR MISERIÆ.

Sed vix finem scribendi facerem, si quæ sunt omnia generis ejusdem in Ven. Viri Epistola, persequi singulatim vellem. Itaque sunt ea mihi magnam partem prætermittenda.

tenda. Interea nemo non videt, quam non ſit ferenda Veteratoris inſolens, atque veſana licentia, ſummum Virum in crimen vocantis, perinde ac ſi conſtituerit auctorem peccati Deum. Sed vetus hæc eſt inſtitutio Accuſatorum Palafoxii, ut hujus oppugnandi ſimulatione, damnata Cæleſtii dogmata rurſum invehere ipſi in cœtus hominum, conſtabilireque ſtudeant. Ac Cæleſtius quidem hæreſiarcha Auguſtinum, orthodoxoſque ceteros, qui pro Dei gratia pugnabant, carpens (ut hic modo eodem nomine Sycophanta Palafoxium carpit) ſic argumentabatur: „ Si gratia Dei eſt, quando vinci-
„ mus peccata, ergo ipſe eſt in culpa,
„ quando vincimur a peccato; quia omni-
„ no cuſtodire nos aut non potuit, aut
„ noluit „. (1) Huc autem recidere Accuſatoris argumentationem, tam eſt manifeſtum, ut ne oratione quidem egeat. Neque credendum ei eſſet, ſi damnari ab ſe Cæleſtium diceret. Verbo enim diceret, ut Pelagius (2) fecit in Synodo Palæſtina; re autem vera non diceret.

XLII.

(1) Confer Auguſtini *librum de Geſtis Pelagii cap.* 14. *n.* 30. *pag.* 140. *Tom. X.*

(2) Auguſt. *loc. cit.* „ De his certe omnibus & Pelagii eadem anathematizantis manifeſta reſponſio eſt, & Epi-
„ ſco-

Quod Palafoxius dixit de tyrannide cupiditatis, de vinculis peccati, de servitute &c. non officit libertati arbitrii.

XLII. At negavit Palafoxius arbitrii libertatem, ut qui scripserit, cupiditatem in hominem lapsum exercere tyrannidem (1); eumdemque hominem veluti catenis qui-

„ scoporum ista (*Cælestii dogmata*) damnantium absolutissima judicatio. Utrum ea Pelagius, an Cælestius, an uterque, an neuter illorum, an alii, sive cum ipsis, sive sub nomine illorum senserint, sive adhuc sentiant, sit dubium, vel occultum: satis tamen hoc judicio (*Episcoporum Palæstinorum*) declaratum est, esse damnata, & Pelagium simul fuisse damnandum, nisi hæc etiam ipse damnaret. Nunc certe post hoc judicium, quando contra hujusmodi sententias disputamus, adversus damnatam hæresim disputamus „.

(1) Abutitur Sycophanta eo loco *ex* §. 15. *Epistolæ* Palafoxianæ, qui sic habet: „ Conozco, que los, que vivimos sujetos a las pasiones, somos dominados de un tirano poderoso, terible, cruel, altivo, de una concupiscencia, que nos sollicita, y arrebata a lo peor, quæ dexando nos libres, nos arrastra, y cada dia a nuevos, y majores pecados, nos sollicita. Estan presos los buenos deseos, y cautivos por la tirania del apetito torpe, por que el que peca es siervo infame del pecado. Gime la razon de bajo del yugo de esta fiera servidumbre; y de la manera, que el esclavo en el duro calabozo, aprisionado de hierros, y de cadenas, suspira, y llora por la libertad perdida, y no puede el mismo ser autor de su remedio: ansi mi alma, Señor, llena de pasiones, y prisiones, llena de culpas, y de miserias, gime en las tinieblas, y obscuridad de la culpa, y reconoce, que sin vos, o luz eterna, no vierá: que sin vuestras fuerzas, Dios mio, no quebrantara sus hierros „. Hoc est, *Cognosco quod iis, qui subjecti vivimus passionibus, dominatur tyrannus potens, terribilis, crudelis, superbus, concupiscentia, quæ nos sollicitat, & rapit ad pejus, quæque relinquendo nos liberos, nos rapit, & quotidie nos sollicitat ad nova, & majora peccata* (hæc postrema verba: *& quotidie &c.* Sycophanta suppressit.

quibusdam vinctum suspirare, ac gemere amissam libertatem; itaque premi servitute, quin esse auctor remedii sui possit. Deplorare præterea ipsum vitiatam naturam suam (1) solum valentem ad augendam suam debilitatem, solum fortem ad offendendum Deum; solum efficacem ad irritandam iram Dei;

sit. Pergit Palafoxius) *Capta sunt bona desideria, & captiva ob turpis appetitus tyrannidem, quia qui peccat, servus est peccati* (hæc item: *quia qui peccat* &c. prætermisit Tripartitus accusator). *Gemit ratio sub jugo hujus feræ servitutis, & eo modo, quo captivus in duro carcere vinctus ferro & catenis suspirat, ploratque ob perditam libertatem, & non potest a se ipso esse auctor sui remedii; sic anima mea, Domine, plena passionum, & vinculorum; plena culparum, & miseriarum gemit in tenebris, & obscuritate culpæ, & recognoscit, quod sine Te, o Lux æterna, non videbit; quod sine tuis viribus, Deus meus, non disrumpet vincula sua.*

(1) Palafox. §.10. „ Lloro, Señor, mi flaqueza, y como sobre difunta, lloro esta mi naturaleza corrompida, „ y miserable, solo poderosa para ser mas flaca, solo fuerte „ para ofenderos, solo eficaz para enojaros, solo libre sin „ vos para apartarse de vos, pues no tiene en si más fuerza „ para lo bueno, que la que le dá essa gracia infinita, y „ inefable „. Hoc est: *Plango, Domine, debilitatem meam, & sicut super mortuam plango meam naturam corruptam, & miserabilem, solum potentem, ut sit debilior; solum fortem, Te ut offendat; solum efficacem ad Te irritandum; solum liberam sine Te, ut se abs Te separet; non enim vires majores habet ad bonum, quam eas, quas dat ipsa gratia infinita, & ineffabilis*. Et §.18. „ Soy esclavo de malas mañas, e inclinaciones; soy siervo de muy perversas costumbres, con „ mas faltas, que acciones „. Hoc est: *Sum captivus malarum passionum, & inclinationum; sum servus perversorum admodum morum; majoribus numero defectibus, quam actionibus.*

Dei; solum liberam, sine Deo, ad sese a Deo separandam.

Id vero ex Venerabilis ejusdem Viri doctrina constat; qui etiã Guillelmi le Roi locũ castigat.

XLIII. Toties ne ego de eadem re audiam? Jam ut optimus Præsul de arbitrii libertate præclare senserit (obstrepet licet contra Veterator, quam potest maxime) tam dilucide demonstratum supra est, ut ab iis, qui bona fide agant, negari nullo modo possit. De dominatrice autem corrupti animi cupiditate, quidnam ille dixit, quod vel umbram inferre videatur posse necessitatis? Annon is Guillelmi le Roi locum sive castigans, sive explicans, a cupiditate ipsa, etsi crudeli, etsi terribili, etsi tyrannidem exercente, relinqui tamen hominem liberum (1) affirmavit?

XLIV.

(1) *Le Roi* §. *VIII. pag.* 9. *Edit. an.* 1733. „ Seigneur, inquit, je connois par la malhereuse experience, que je ai faite, que ceux, qui s' abandonnent a leur passions, se trouvent assujetis, comme a un tiran a une concupiscence imperieuse, qui les sollicite, qui les entraine toujours a des nouveaux pechez „. Nihil hic de libertate. At Palafoxius mox addidit; *que dexando nos libres, non arrastra &c.* Adjungit statim le Roi. „ Il sont arrêtes par la tirannie de leur mauvaises coûtumes, & ne péuvent s'empêcher de lui obeir jusq' a ce, qu' ils soient etablis dans la liberté de la justice „. Hæc ita emendavit Palafoxius: *suspira, y llora por la libertad perdida, y no puede el mismo ser autor de su rimedio*. Ecquis enim catholico dignus erit nomine, qui non confiteatur auctorem *remedii*, quod ad salutem sempiternam conferat, esse Deum?

XLIV. Sed enim a concupiſcentia rapi mortales gratia Dei deſtitutos, Palafoxius monet. Fateor. Verum quo tandem modo? Neceſſitate ne? Quî, obſecro, ſi *relinqui* a *concupiſcentia* ipſa homines *liberos*, ibi-bem animadvertit? Quo igitur modo? Sollicitando? Si ſollicitando, non ergo vi, quaſi funibus trahendo, raptandoque. *Nos arraſtra*, inquit, *y cada dia a nuevos*, *y mayores pecados nos ſollicita*. Sed hæc poſtrema verba: *& quotidie nos ad nova*, *& majora peccata ſollicitat*, Accuſator preiſit ſilentio, ne manifeſtior fraus eſſet. Et putari tamen hic volet, veritatis amore commotum ſeſe, acceſſiſſe ad accuſandum; non cauſſa explendi furoris, inveteratique odii, quo vehementi in Ven. Virum agitatur. Age vero ecquid heic de cupiditate, de ſervitute, de compedibus, de libertate a peccato per Servatoris Chriſti gratiam, de arbitrio libero allatum a Palafoxio eſt, non ex Patribus? Auguſtinum equidem audiri volo. Is in Confeſſionum ſecundo libro (1): „ *Concupiſcentia*, inquit, carnis *rapiebat* „ imbecillem ætatem per *abrupta* cupidita- „ tum „. Et in 1. *de libero Arbitrio* (2): Cupi-

Fraude agit Accuſator, qui verba quædam Palafoxii ſupprimit, ut ei facilius, liberiuſque conflare poſſit invidiam. Quidquid de tyrannide cupiditatis, de vinculis &c. Palafoxius dixit, id totum eſt ex Patribus, Pontificibuſq; Maximis.

(1) *Cap.*11. *pag.*57. *Tom.I. Vide S.Tho.*1.2. *quæſt.CIX.Art.*11. *ad* 1. *& ad* 3.   (2) *Cap. XI. num.* 22. *pag.* 428. *Tom. I.*

„ Cupiditatum regnum, inquit, *tyrannice* „ *sævit*, & variis, contrariisque tempestatibus totum hominis animum, vitamque perturbat „. Rursum *Confessionum VIII. libro* (1). „SUSPIRABAM LIGATUS „ NON FERRO alieno, sed FERREA „ MEA VOLUNTATE „. *Et in IV.* (2). „ Firmitas nostra, quando tu es, tunc est „ firmitas; quando autem *nostra*, *infirmitas est* „. *Et libro de Correptione, & Gratia Cap.XII.* (3) „ Posteaquam est *magni peccati merito amissa libertas*, etiam majoribus donis adjuvanda remansit *infirmitas*. „ Subventum est *infirmitati voluntatis humanæ*, ut divina gratia INDECLINA„ BILITER, & INSUPERABILITER „ ageretur; & ideo, quamvis infirma, „ non tamen deficeret, neque adversitate „ aliqua vinceretur. Ita factum est, ut „ voluntas hominis invalida, & imbecilla,

(1) *Cap.V. num.* 10. *pag.* 108. Progreditur longius S.Doctor; ac „ Velle meum, inquit, tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. Quippe „ ex voluntate perversa facta est libido; & dum servitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini non „ resistitur, facta est necessitas, quibus quasi ansulis sibimet innexis, unde catenam appellavi, tenebat me obstrictum *dura servitus* „.

(2) *Cap.XVI. num.*31. *pag.*78.

(3) *Num.*38. *pag.*509. *Tom.X.*

„ la , in bono adhuc parvo perſeveraret „ per virtutem Dei &c. „ *Et Lib. XIV. de Civ. Dei* (1) . „ Arbitrium voluntatis tunc „ eſt vere liberum ; cum vitiis , peccatiſ- „ que non ſervit „ . *Epiſtola* vero *CLXXV.* (2) quæ eſt Synodi Carthaginienſis ad Innocentium I. Pont. Max. „ Id agunt (Pe- „ lagiani) damnabilibus Diſputationibus „ ſuis , ut non defendendo , ſed potius in „ ſuperbiam ſacrilegam extollendo liberum „ arbitrium , nullum relinquant locum gra- „ tiæ Dei , qua Chriſtiani ſumus , qua & „ ipſum noſtrum voluntatis arbitrium vere „ ſit liberum , dum a CARNALIUM CON- „ CUPISCENTIARUM DOMINATIO- „ NE (3) liberatur ; dicente Domino : SI VOS

(1) *Cap.XI. num.1. pag.275. Tom.VII. vide S.Thom.* 1.2. *Quæſt.CIX. art.7. ad* 2. *&* 3. *& art.8. in corp.*

(2) *Al. XC. num.2. pag.*470.

(3) Opponat Auguſtino , opponat Patribus Synodi Carthaginienſis, Veterator , vere *liberam* , ipſorum ſententia , *non eſſe actionem* , qua anima *ſuam eligit ſervitutem* , propterea quod , ut Palafoxius, ita illi docuerint , arbitrium tunc vere eſſe liberum , cum *peccatis non ſervit* ; vereque fieri liberum, *cum a carnalium concupiſcentiarum dominatione* liberatur. At non audebit . Cur igitur audet opponere Palafoxio *in Nota ad ſecundum textum cap.*III.ipſius Palafoxii,in quo eſt: *animam eligere ſuam ſervitutem* .Additque Sycophanta : „ an „ (judicio Palafoxii) ſit actio libera , ex ſequentibus tex- „ tibus facile intelligetur „ : cum ſequentes textus nihil non Auguſtini ſententiarum contineant , & Vir Venerabilis , ut vidimus , pro libertate indifferentiæ, egregie diſſerat .

„ VOS FILIUS LIBERAVERIT, TUNC „ VERE LIBERI ERITIS„. (*Joh.VIII. v.* 36.) Et *Epistola CCXVII.* (1) „ Si vere volu-

(1) *Al. CVII. ad Vitalem num.* 8. *pag.* 610. *Tom. II.* Objiciat nunc Augustino Veterator Ennodii locum, quem objicit Palafoxio, quique sic habet: „ Inventus est homo, qui „ servos Christi . . . sub hac occasione cribraret, asserens de „ arbitrii libertate homini in una tantum parte, quæ deterior est, eligendi datam esse licentiam. O schismaticam „ propositionem, quæ juxta Apocalypsim *cap. XIII. v.* 1. „ scriptas habet in fronte blasphemias! Quæ ista libertas „ est? Si valet, edisserat, ubi datur solum velle, quod pugnet? Aut quare electionem nominet, ubi unam tantum „ partem asserit fuisse concessam„? *Ennod.Lib.II.Epist.XIX.* Sed quid dicit Ennodius? An sine Dei gratia perfici ab homine suis viribus naturæ posse, quæ conducunt ad justificationem, & salutem? Si hoc non dicit, cur ejus locus objicitur Palafoxio, qui gratia Dei effici a libero arbitrio posse confirmat, quæ ad justitiam, salutemque pertinent? Sin autem viribus propriis ab homine eligi bona, quæ ad justitiam conferunt, salutemque sempiternam animi, jam Pelagii dogma sequetur Sycophanta, Pelagianumque constituet Ennodium. Sed Berruyeri Sectator, & sine ope gratiæ posse hominem eligere supernaturale bonum, observareque quod jubet Deus, in quibus mandatis est caritas; & Ennodium suum prodromum fraude constituere conatur. Alioqui non præteriisset tacitus, quod ibidem Ennodius de gratia scribit. „ Nemo dubitat, nemo condemnat (*pergit Ennodius scribere*) *quod auctore gratiæ præstante*, & *ipse æquitatis callis hominibus aperitur. Dux enim bonorum*, & *præcessor est gratia*, quando cælitus multiplici ad requiem invitamur hortatu. Sed nisi talibus monitis, & voluntas „ nostra, quæ libera est, & labor præstet obsequium, ad „ periculum, & gehennam non imperio aliquo, sed sponte „ devolvimur . . . Ergo debemus gratiæ, quod vocamur: „ debemus gratiæ, quod occultis itineribus, nisi resistamus, sapor nobis vitalis infunditur, nostræ tamen electionis

„ volumus defendere liberum arbitrium, non „ oppugnemus unde fit liberum. Nam qui „ oppugnat gratiam, qua nostrum ad de- „ clinandum a malo, & faciendum bonum „ liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum „ adhuc vult esse *captivum*. Responde, ob- „ secro, quomodo dicit Apostolus: *gratias* „ *agentes Patri idoneos facienti nos in parte* „ *sortis sanctorum in lumine*, *qui eruit nos* „ *de potestate tenebrarum*, *& transtulit in* „ *regnum caritatis suæ*, si non ipse ar- „ bitrium nostrum, sed ipsum arbitrium se „ liberat? Mendaciter ergo agimus gratias „ Patri, tamquam ipse faciat, quod ipse „ non facit. Responde, quomodo ad decli- „ nandum a malo, & faciendum bonum li- „ berum habebamus arbitrium, quando erat „ sub potestate tenebrarum? Unde nos,

H si

„ nis est, quod beneficia demonstrata sectamur „. Quid autem hoc est, nisi liberos nos esse sub gratia, cooperarique gratiæ Divinæ? Atqui hoc idem vult Palafoxius, ut & demonstratum hactenus est, & multo etiam copiosius post demonstrabitur. Quare si schismaticum audet sycophanta appellare Palafoxium abusus Ennodii testimonio, accusabit item eodem Ennodium crimine. Quid? Si in idem crimen vocabuntur Africani Antistites (*Tom.I.Epistolar.Rom.Pontif. pag.*1191.) qui in litteris ad *Zosimum Papam*. „ Præparatur, inquiunt, „ voluntas a Domino, & ut *boni* aliquid (ho- „ mines) *agant* paternis inspirationibus suorum ipse tan- „ git corda filiorum; Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, „ hi filii Dei sunt, ut nec nostrum deesse sentiamus arbi- „ trium, & in *bonis quibusque voluntatis humanæ singulis* „ *motibus magis illius valere non dubitemus auxilium* „.

„ si quemadmodum dicit Apostolus, *Deus eruit*, ipse utique illud liberum fecit.... „ Ita fit, ut neque fideles fiant, nisi libero „ arbitrio, & tamen illius gratia fideles „ fiant, qui eorum a potestate tenebrarum „ liberavit arbitrium. Sic & Dei gratia non „ negatur, sed sine ullis humanis præce- „ dentibus meritis vera monstratur, & li- „ berum ita defenditur, ut humilitate soli- „ detur, non elatione præcipitetur arbi- „ trium, & qui gloriatur, non in homine, „ vel in quolibet alio, vel seipso, sed in „ Domino glorietur „. S. Augustino assensus est S. Thomas, qui III. contra Gentes *cap.* CLX. „ Quod dictum est, inquit, in po- „ testate liberi arbitrii esse, ne impedimen- „ tum gratiæ præstet, competit his, in „ quibus naturalis potentia integra fuerit. „ Si autem per inordinationem præceden- „ tem declinaverit ad malum, non erit „ omnino in potestate ejus, nullum impe- „ dimentum gratiæ præstare. Etsi enim ad „ aliquod momentum ab aliquo peccati actu „ particulari possit abstinere propria pote- „ state; si tamen diu sibi relinquitur, in „ peccatum cadet, per quod gratiæ impe- „ dimentum præstatur„. Et num. III.„ Ad- „ huc etiam operantur impetus corpora- „ lium passionum, & appetibilia secundum sen-

„ fenfum, & plurimæ paffiones, & occa-
„ fiones male agendi, quibus de facili ho-
„ mo provocatur ad peccandum, nifi re-
„ trahatur per firmam inhæfionem ad ulti-
„ mum finem, quam gratia facit: unde ap-
„ paret ftulta Pelagianorum opinio, qui
„ dicebant, *hominem in peccato exiftentem*
„ *fine gratia poffe vitare peccata*, cujus
„ contrarium patet ex hoc, quod Pfalmi-
„ fta petit: *dum defecerit virtus mea, ne*
„ *derelinquas me:* &, *ne nos inducas in ten-*
„ *tationem, fed libera nos a malo* „. Et
cap. CXLVIII. num. 2. „ Divinum auxilium,
„ fic intelligitur ad bene agendum homini
„ adhiberi, quod in nobis noftra opera o-
„ peratur, ficut prima cauffa operatur ope-
„ rationes cauffarum fecundarum „. Et
num. 3. „ Dei auxilium non excludit a nobis
„ actum voluntatis, fed ipfum præcipue in
„ nobis facit „. Et cap. CLVII. „ Homo a
„ peccato mortali refurgere non poteft,
„ nifi per gratiam ..... Per hoc autem ex-
„ cluditur error Pelagianorum, qui dixe-
„ runt, hominem poffe a peccato refurgere
„ per liberum arbitrium „. Mitto cetera
Sancti Doctoris teftimonia, quod longior
effe nolim. Eodem pertinent illuftrium ex
Ordine feraphico S. Francifci Scriptorum

 Sen-

Sententiæ, ut Alexandri Alensis (1); ut S. Bonaventuræ (2) Alensis discipuli, & synchro-

(1) III. Parte Summæ Theologicæ Quæst. LXI. Membro I. pag.249. *Edit. Venetæ an.* 1575. ubi „Non est, *inquit*, similis ratio ex parte operationis boni, & ex parte operationis mali; quia operatio mali consistit in defectu, operatio autem boni consistit in virtute. Creatura autem de se potest deficere, sed de se non potest perficere. Quia ergo, sicut dicit Augustinus, mala actio non est actio, sed defectio, quia est actus incidens ex defectu boni, & ideo per se potest malum facere, sicut per se potest deficere; sed SICUT NON POTEST ESSE PER SE SINE DEO, ITA NON POTEST PERFICERE per se. Propter hoc, licet possit per se facere malum demeritorium, non tamen bonum meritorium sine dono Dei, quod est gratia„. Sunt hæc plane Palafoxiana. Et pag.250. „Item Hieremiæ 10. *Scio Domine, quia non est hominis via ejus, nec viri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos*. Si ergo non est in potestate hominis, ut dirigat gressus suos, ergo requiritur gratia dirigens„. Et paulo post. „Item 2. ad *Corinth. III. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est*. Ergo NIHIL POSSUMUS IN BONUM EX NATURA SINE DEO; ergo requiritur in nobis gratia a Deo collata; & ita gratia est necessaria ad obtinenda æterna„. Sexcenta sunt generis ejusdem, quibus Palafoxii sententiæ, quas accusator carpit, mirifice consonant. Vide & 1. *P. Quæst.IX. Membro II. & Quæst.XXVI. Membro VII. Art.II.*

(2) In II. Sententiar. *Distinct. XXXVII. Art. I.* „Non est intelligendum, quod Deus cooperetur libero arbitrio, sicut cum duo ferunt lapidem, unus cooperatur alteri; sed quia Deus est intime agens IN OMNI ACTIONE, & intimius est ipsi potentiæ operanti; ita quod in POTENTIA IPSA NIHIL ERIT, QUOD NON SIT ab IPSO„. Quidquam ne secus dixit Palafoxius? Sed de S. Bonaventura confer quæ collegit Lemosius *Lib. III. Panopliæ P.I. Tract.II. Cap.XXIII. pag.*148. *sq. & Lib. IV. P.II. Tractat.IX. Cap.XXXIV. pag.*204.

chroni S. Thomæ ; ut Scoti (1), quem proinde Ludovicus Molina non est veritus reum læsæ arbitrii libertatis per summam injuriam agere. Nimirum hæc jam inde ab ortu suo fuit Molinianæ factionis ratio, ut eos more Pelagianorum in hæreseos invidiam adducere conaretur, qui ab inventis novis suis dissiderent. Quod si tanta Molinæ fuit seculo XVI. audacia, ut scholæ adeo celebris principem Scotum velut eversorem libertatis

(1) Scotus in *Sententiar. Distinct. XLIX. Quæst. VI. pag.* 743. *Edit.Venetæ an.* 1680. „ Contra naturam voluntatis est „ determinari in suo ordine, & nihil aliud primo repu- „ gnat sibi ; sed ex consequenti est contra naturam ejus „ determinari a caussa inferiori, quia tunc ipsa non esset „ superior : NON EST AUTEM CONTRA NATU- „ RAM EJUS DETERMINARI A CAUSSA SUPE- „ RIORI, quia CUM HOC STAT, QUOD SIT „ CAUSSA IN SUO ORDINE &c. „ Sed hujus item Doctoris testimonia collegit Lemosius, transtulitque in suam *Panopliam Lib. III. P.I. Tract. I. Cap. XIX. pag.* 35. *sqq.* & *Tract.II. Cap. XXII. pag.*146. *sqq.* Et rursum idem Scotus Quodlib. *XVI. pag.*231., post ubi aliquot Augustini testimonia adduxit de divina præscientia non adimente libertatem, contra atque Cicero putarit : „ Si est, *inquit*, neces- „ sitas qualiscumque, de qua solemus dicere, necesse est „ ita ut sit aliquid, vel ita ut fiat aliquid, non oportet „ timere, quod talis necessitas, si ponatur in actu no- „ stro præscito, nobis auferat libertatem ; quia ista neces- „ sitas præscientiæ, vel præsciti, etsi SIT NECESSITAS „ IMMUTABILITATIS, non est tamen simpliciter ne- „ cessitas inevitabilitatis, sive omnimodæ determinatio- „ nis ; sed TANTUM INEVITABILE EX SUPPOSI- „ TIONE ISTA, quia illud est jam præscitum „ . Sed tempus me, si omnia persequi vellem, deficeret.

insectaretur (1), quid nunc contra Palafoxium non agent Moliniani, quorum sit aucta recentiore Berruyeriana institutione temeritas? Venio ad Responsa Pontificum. Innocentius I. in percelebri ad Synodum Carthaginiensem Epistola (2): „ Liberum, „ inquit, arbitrium, olim ille (*Adamus*) „ perpessus, dum suis inconsultius utitur „ bonis, cadens in prævaricationis profun- „ da, demersus est: & *nihil* quemadmodum „ inde exurgere posset, invenit, *suaque in* „ *æternum libertate deceptus*, *hujus ruina* „ *jacuisset oppressus*, nisi eum post Christi „ pro *sua gratia relevasset* adventus, qui „ per novæ regenerationis purificationem „ omne præteritum vitium sui baptismatis „ lavacro purgavit.... Quamvis autem ho- „ minem redemisset a præteritis ille pecca- „ tis ... multa servavit quotidiana præstans „ illi remedia, quibus, nisi freti, confisi- „ que nitamur, nullatenus *humanos vince-* „ *re poterimus errores*. *Necesse est enim*, *ut* *quo*

(1) Concord. *Disp. XXIX.* §. *fateor*, & *Disput. XXXV.* §. *sententia*, quo loco „ Ceterum, inquit, datis his fundamentis (*Scoti*), non video quanam ratione libertas arbitrii nostri salva maneat „. Et *Disp.* 1. §. *etiam si Scotus*. Quid porro falso attribuat Scoto Molina, utque calumnia in eum agat, ostensum a Lemosio est *Lib.III.Panopl. Tract.II. Cap.XXII. pag.*146.

(2) *Epist.XXIX. num.6. Tom.I. Epistolar. Rom.Pontif.pag.* 892. *Edit. an.*1721.

„ *quo auxiliante vincimus*, *eo iterum*, *non* „ *adjuvante*, *vincamur* „. Et in altera ad Patres Synodi Milevitanæ Epiſtola (1): „ Nec ex *prævaricatione Adam potuit erui*, „ inquit, *niſi ei* providentia regeneratio„ nis *ſtatum priſtinæ libertatis* Chriſti Do„ mini reformaſſet adventus „. Præterea Zoſimus Pontifex (2) *Epiſtola ad totius Or*„ *bis* Epiſcopos: „ In omnibus actibus, *in*„ *quit*, cauſſis, cogitationibus, motibus „ adjutor, & protector orandus eſt. Su„ perbum eſt enim, ut quidquam ſibi hu„ mana natura præſumat, clamante Apo„ ſtolo: *Non eſt nobis colluctatio &c.* Et *in*„ *felix ego homo*, *quis me liberabit de cor*„ *pore mortis hujus? gratia Dei per Jeſum* „ *Chriſtum Dominum &c.* „. S. Gregorius Magnus *lib.* IV. Moralium in Job. *c.* XXXIV. *num.* 68. (3) „ Vanitati creatura non volens „ ſubditur, quia homo, qui ingenitæ con„ ſtantiæ ſtatum volens deſeruit, preſſus „ juſtæ mortalitatis pondere, nolens muta„ bilitatis ſuæ *corruptioni ſervit*. Sed crea„ tura hæc tunc a ſervitute *corruptionis eri*„ *pitur*, cum ad filiorum Dei gloriam in-

 cor-

(1) *Epiſt.XXX. num.3.pag.897.*
(2) *Poſt Cæleſtini I. Epiſt.ad Epiſcop.Galliar. cap.IX.Tom. eod.pag.*1191.*ſeq.*
(3) *Pag.*135. *Tom.I. Edit. Pariſ. an.*1705.

„ corrupta resurgendo sublevatur „ . Et *lib.* VIII. *cap.* XXXI. *num.* 51. (1) „ Per nos „ cecidimus, sed *nostris resurgere viribus* „ *non valemus*. Culpa nos voluntatis pro- „ priæ semel stravit; sed pœna culpæ *de-* „ *terius quotidie deprimit*. Ad amissam re- „ ctitudinem surgere studiorum conatibus „ nitimur; sed meritorum pondere gra- „ vamur „ . Et *cap.* XXXII. *num.* 55. (2): „ Dum repulsus homo & a carne molestias, „ & a mente quæstiones tolerat, grave „ nimirum pondus semetipsum portat. *Un-* „ *dique languoribus premitur*, *undique in-* „ *firmitatibus urgetur*, ut qui, relicto Deo, „ se sibi ad requiem sufficere credidit, *nihil* „ *in se*, *nisi tumultum perturbationis inve-* „ *niret*, inventumque se fugere quæreret; „ sed auctore contemto, quo *fugeret*, *non* „ *haberet*. Cujus quidem *infirmitatis pon-* „ *dera* bene quidam sapiens contemplatus, „ ait: *grave jugum super filios Adam &c.* „ (*Eccli. cap.* 40. *v.*1.) „ . Et *lib.*IX. *c.*LXII. *num.* 93. (3) „ Sæpe peccator *iniquitatis suæ* „ *vinculis* ita constringitur, ut pondus qui- „ dem peccatorum toleret, sed tamen, quia „ toleret, ignoret; sæpe etiam si cognoscat, „ quanto reatu premitur, *erumpere* cona- tur,

(1) *Pag.* 267. (2) *Pag.* 269. (3) *Pag.*330. *seq.*

„ tur, *& non potest*, ut hunc se mente li-
„ bera, conversione integra persequatur.
„ Flere ergo dolorem suum non valet, quia
„ & iniquitatis suæ reatum considerat, *&*
„ *tamen præ terrenæ occupationis pondere*
„ *hanc ei gemere nequaquam vacat. Flere*
„ *dolorem suum non valet, qui pravæ qui-*
„ *dem consuetudini contraire nititur*, sed
„ tamen adhuc *succrescentibus desideriis*
„ *carnis* gravatur. Tunc igitur ad plan-
„ gendi dolorem nos Dominus dimittit,
„ cum & mala nobis, quæ fecimus, de-
„ monstrat; atque ad hæc *eadem flenda*,
„ *quæ cognoscimus, adjuvat* „. Et *lib.* XIII.
cap. XLV. *num.* 50. (1) „ Et mater *natura*,
„ & *consuetudo* non immerito soror voca-
„ tur, quia ab illa cum ista sumus. Quæ
„ videlicet mater, & soror vermes sunt,
„ quia ex natura *corruptibili*, & consuetu-
„ dine perversa cogimur, ut quasi quibus-
„ dam vermibus, sic inquietis cogitationi-
„ bus in mente fatigemur. *Carnis enim na-*
„ *tura vitiata, & consuetudo perversa*,
„ quia innumeras curas in corde *infirmita-*
„ *tis nostræ* generant, bene mater, & so-
„ ror vermes vocantur „. *Et lib.* XXIII.
cap. XXVII. *num.* 53. (2) „ Corruptioni ap-
„ propinquat, *quia ex suis se viribus per-*
di-

(1) *Pag.* 434. (2) *Pag.* 759. *seq.*

„ *ditioni proximum* non ignorat, ut hoc,
„ quod a perditione longe eſt, non *ſibi*, ſed
„ *Domino tribuat*. Appropinquat vero mor-
„ tiferis, *quia ex infirmitate carnis proxi-*
„ *mum ſe peccatis mortem ferentibus reſpi-*
„ *cit*, a quibus *divino munere* tanto longe
„ ſit, quanto ſe eis *proximum ex ſuis meri-*
„ *tis deprehendit*... Corruptioni ergo, &
„ mortiferis appropinquare, eſt conſidera-
„ ta *infirmitate humanitatis* ſuæ peccatorem
„ ſe ex ſuis *meritis* cernere, atque *apud ſe*
„ *arrogantiam ex propriis viribus non habe-*
„ *re*. *Quid enim ſumus, ſi a conditoris no-*
„ *ſtri protectione deſeramur?* Quæ utiliter
„ plerumque ſubtrahitur, ut ſibimetipſi
„ homo, *quam ſine illa nihil ſit, oſtenda-*
„ *tur*. *Nemo ergo ſe alicujus virtutis æſti-*
„ *met, etiam cum quid fortiter poteſt, quia*
„ *ſi divina protectio deſerat, ibi repente*
„ *enerviter obruitur*, ubi ſe valenter ſtare
„ gloriabatur „. Et *lib.* XXX. *cap.* XV. *num.*
50. (1) „ Aſperum jugum, & duræ ſervi-
„ tutis pondus eſt ſubeſſe temporalibus,
„ ambire terrena, retinere labentia, velle
„ ſtare in non ſtantibus .... Solvuntur vero
„ uniuſcujuſque *vincula*, dum *divino adju-*
„ *torio* interna deſideriorum carnalium *re-*
„ *tinacula dirumpuntur*. Cum enim pia in-
ten-

(1) *Pag.* 979.

„ tentio ad converſionem vocat, ſed adhuc „ ab hac intentione carnis infirmitas revo- „ cat, quaſi quibuſdam *vinculis* anima *li-* „ *gata* præpeditur„. Et *lib.*XXXV.*cap.*XVII. *num.* 43. (1) „ Homo ſponte ſua ad pec- „ cati *tenebras* lapſus, quia veritatis lucem „ deſeruit, quaſi in nocte ſe erroris ab- „ ſcondit, quia alias dicitur ſecutus *um-* „ *bram*. Sed quia auctori ſuo non defuit „ largitas bonitatis ſuæ etiam contra *tene-* „ *bras* iniquitatis noſtræ, eum quem prius „ potenter ad juſtitiam condidit, poten- „ tius redimendo poſtmodum ab errore re- „ vocavit. Cui quia poſt caſum ſuum il- „ la conditionis ſuæ priſtina firmitas de- „ fuit, eum contra *bella intima repugnan-* „ *tis corruptionis* multiplicibus donorum ſuo- „ rum virtutibus fulcit„. Et *lib.*I. *Homil.* V. *in Ezechielem num.* 16. (2) „ Reddamus „ Creatori noſtro gratias de bonis, quæ „ accipimus, eique cum Iſaia Propheta ſup- „ pliciter dicamus: omnia opera noſtra o- „ peratus es nobis. Bona enim noſtra ejus „ ſunt opera„. Et *lib.* XI. *in Job. cap.* IX. *num.* 12. (3) „ Sæpe nonnulli a pravis acti- „ bus exire cupiunt, ſed quia eorumdem „ actuum pondere premuntur, in malæ con-

(1) *Pag.* 1163. (2) *Pag.* 1212. (3) *Pag.* 370.

„ consuetudinis *carcere* inclusi, a semeti-
„ psis exire non possunt „.

Quod si nihil Palafoxius dixit, quod non dixerint Pontifices, Patres &c ita sane, ut post ipse dixit: cum non culpandi, sed laudandi Patres, Pontificesque sint, laudandus itē est Palafoxius, non culpandus.

XLV. Rogo nunc, ecquid Palafoxius dixerit, quod hisce Patrum, Pontificumque Maximorum testimoniis non contineatur? Cupiditatem tyrannidem in lapso homine exercere? At hoc item Augustinus, ut vidimus, hoc etiam Gregorius (1) dicit. Hominem veluti catenis *quibusdam vinctum suspirare, ac gemere amissam libertatem*? *Servitute premi?* Sed hæc quoque Augustini sunt; sunt Innocentii I.; sunt Gregorii. Gemere sontem in *tenebris*, & *obscuritate culpæ*, *agnoscereque*, *se rumpere sine Deo catenas suas*, *auctoremque remedii sui se esse non posse?* Atqui paria Augustinus, Thomas, Innocentius I. Zosimus, Gregorius tradiderunt, eumque, qui viribus propriis, non Dei auxilio liberari se a peccato posse arbitretur, statuerunt reum esse Pelagianismi. Plorare suam debilitatem, naturamque corruptam, solum fortem ad offendendum Deum &c.? At est item hæc Augustini, Pontificumque, quos nominavi, sententia. Quid enim? An viribus suis fortis quisquam est ad pietatem? ad virtutem? ad bonum? Negant id Patres, negant Pontifices. Quare

(1) Apud se tyrannus est, cui iniquitas dominatur intus *lib. XII. in Job. cap. 38. num. 43. pag. 408.*

re igitur fortis, nisi ad peccandum erit, adeoque ad se magis a summo bono separandum? Quid ergo? Ab hisce ne Patribus, Pontificibusque Maximis impossibilia poni præcepta Dei (1); negari arbitrii libertatem; resisti Scripturæ sacræ ajenti (2): *Sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius*; Sycophanta dicet? Quod si non tam est effrons, ut audeat dicere: quid est, quod de Palafoxio dicat, qui a Patribus ipsis, Pontificibusque non diffidet? An hos ille explicaturus, afferet, quod scriptum olim ab Augustino, usurpatum deinceps ab Synodo

(1) Affert Veterator ex Augustini, ut ait, libro *de Fide contra Manichæos cap. 9.* locum hoc modo. „Quis non clamat, stultum esse præcepta dari ei, cui liberum non est, „ quod præcipitur, facere, & iniquum esse eum damnare, „ cui non fuit potestas jussa complere„. At principio is liber non est Augustini. Deinde si esset, nihil officeret, cum Augustinus idem *lib. de Natura, & Gratia cap. 43. num. 50. pag. 99. Tom. X.* scripserit, quod Palafoxius certe probat: „ Nunc de illo agitur, quem semivivum latrones in via reliquerunt, qui gravibus saucius, confossusque vulneribus „ non ita potest ad justitiæ culmen adscendere, sicut potuit „ inde descendere. Qui etiam si jam in stabulo est, adhuc „ curatur. Non igitur Deus impossibilia jubet, sed jubendo admonet, & facere quod possis, & petere, quod non „ possis. Jam nunc videamus, unde possit, unde non possit? „ Iste dicit, voluntate non est, quod natura potest: Ego „ dico voluntate quidem non est homo justus, si natura potest; sed medicina poterit, quod vitio non potest„. Confer etiam *cap. 69. num. 83. pag. 110. & Epist. 157. ad Hilarium al. 89. cap. 2. num. 9. seq. Tom. II.*

(2) *Genesis cap. 4. v. 7.* Jam is locus ut sit intelligendus ex Augustini testimonio proxime adducto perspicitur.

nodo Tridentina de *justificatis* agente fuit: *Deus impossibilia non jubet; sed jubendo monet, & facere, quod possis, & petere quod non possis, & adjuvat, ut possis* (1)? Sed cur non idem Palafoxio adscribet, cujus tam esse de libertate arbitrii, deque Deo *semper tribuente, quod sufficit*, illustria loca vidimus; cujusque de petendo, orando, gemendo perpetua est in ea Epistola cohortatio?

Vitiatus ab Accusatore est Palafoxii locus. Palafoxius, quæ dixit de integratis aliquando vulneribus a peccatore, dum ea curare debet, non accepit a Jansenio, qui secus dixit.

XLVI. Quod autem Accusator adjungit, cujusmodi sit, expendamus. *De anima, quæ vulnera sua integret, dum debet curare*, quidquid scriptum a Palafoxio est, id totum statuit, acceptum Jansenio referri oportere; idque, ut efficiat, hunc affert redditum ab se latine Epistolæ Palafoxianæ locum: „ Quin immo quando plagas „ meas curare volo, illas multiplico; & „ quando salutem recuperare intendo, au„ geo infirmitatem meam „. Qua in re rursum Accusatoris fidem desidero. Non enim *quando volo*; sed *quando*, vel *dum convenit*, vel *dum oportet*, vel *dum debeo*; neque *multiplico*, sed *integro*, neque *intendo*, sed *prætendo*, sensu quidem, quo mox ostendam, Palafoxius dixit, cujus hæc sunt hispanica verba: „ antes bien quando *he de dar*

(1) *Sess.6. cap.XI.*

„ *dar curacion a mis heridas*, *las repito*, *y*
„ *quando pretendo cobrar la ſalud*, aumen-
„ to mi enfermidad „. Jam quiſque veſtrum intelligit, nihil eſſe fere hiſpanicis hiſce Ven. Viri ab Latinis Tripartiti Veteratoris disjunctius. Sed is nihilominus Veterator ſua illa fretus interpretatione, quaſi inveniri poſſet nemo, qui fraudem exagitaret, fidenter ſane, ut ſolent hi: „ hu-
„ jus, *inquit*, textus ſenſus in omnium
„ oculos involat: ſcilicet, quando *conor*
„ *exire e ſtatu peccati*, *converti ad Domi-*
„ *num*, *&* *me diſponere ad gratiam*, *tunc*
„ *plagas meas multiplico*; ſeu ut loquitur
„ Janſenius, volvo me ipſum in vinculo,
„ & dum nitor ſurgere, in vulnus vul-
„ nere ſurgo „. Hæc ſycophanta, in quibus eſt ejus peccatum omnino triplex.

XLVII. Principio enim corrupto ab ſe tam turpiter loco fidens, non emendatam a noſtro innuit, ſed comprobatam fuiſſe Guillelmi le Roi minus recte propoſitam, explicatamque ſententiam: quod totum contra eſt. Deinde conatum, neſcio quem, opponit, cujus tamen in verbis, quæ affert, Palafoxii, ne veſtigium quidem extat. Poſtremo ab Janſenio affirmat eſſe, quod a Patribus eſt, quodque vir ſummus accepit a San-

Neque deſcripſit ex libello Guillelmi le Roi.

Sanctis Prospero, & Gregorio Magno.

Quem certe emendavit.

XLVIII. Jam de primo paucis. Non enim simulat Tripartitus Veterator, neque circuitione utitur, ut expedire sese deinceps negando possit. Sed agit aperte. Nam in canaliculum sui scripti tertium Guillelmi le Roi periocham e regione vitiati ab se Palafoxiani loci transtulit, eo consilio, ut loco ipso nihil comprehendi ab ea periocha distans, nihil varium, nihil dispar, nihil alienum ostenderet. Atqui contra se rem habere perspiciet, qui gallica Guillelmi non cum latinis Accusatoris, sed cum hispanicis Palafoxii comparaverit. Sunt autem gallica Guillelmi hujusmodi: „ je ne puis faire par tous les secours de la raison, & „ de la sagesse humaine, que des efforts „ inutiles pour ma guerison, & ma deli- „ vrance. Je ne suis capable *par se vains* „ *efforts que d' augmenter ma langueur, mes* „ *playes, & ma servitude au lieu de me de-* „ *livrer, & de me guerir* „ Considеremus, ut conversa hæc fuerint a Palafoxio. Is Augustinum (1) Auctorem sequutus, conatum

(1) *Aug. Enarrat. II. in Ps. 26. num.* 17. *Tom. IV.* „ Jam, „ *inquit*, tu accepto libero arbitrio, quasi præsumis, unde „ ambules. Noli de te præsumere. Si te dereliquerit (Deus) „ in via ipsa deficies, cades, aberrabis, remanebis. Dic ergo

natum quidem, seu studium ; subventionemque commemoravit; sed hæc si viribus solum naturæ fiant, fragilia, inutiliaque ad salutem esse animadvertit. „ Con todos „ los avisos de la razon, y sabiduria hu„ mana, *inquit*, no puedo hacer sin vue„ stra gracia sino diligencias inutiles, so„ corros fragiles para conseguir la libertad „ perdida „. Hæc Palafoxius quod ad priorem Guillelmiani loci partem attinet. Mox non ita de altera, ut Guillelmus, qui scripserat, *non sum hisce conatibus capax*, *quam mei languoris*, *meorum vulnerum*, *meæ servitutis augendæ*, *loco liberandi*, *&* *sanandi mei*; non ita, inquam, Palafoxius. Nam huic durior est, obscuriorque visa Guillelmiana oratio, quam, ut digna esset, quæ non explicata in Pastoralem suam Epistolam transferretur. Itaque accuratius eam Palafoxius ; castigatiusque convertendam duxit, ut & satisfaceret pietati suæ, & *os loquentium iniqua obstrueret*, iisque præriperet occasionem dicendi, quidquam ab

I se

„ ergo illi: *voluntatem quidem liberam mihi dedisti*, *sed si*„ *ne te*, *nibil est mihi conatus meus* „. Et lib. de Nat. & Grat. cap. XV. num. 16. Tom. X. „ Conetur anima domare linguam, „ & dum *conatur*, poscat auxilium, & oret lingua, ut do„ netur lingua. Itaque præcepto facere commonemur, „ quod *conantes*, *&* *nostris viribus non valentes*, adjutorium „ Divinum precemur „.

se fuisse usurpatum, quod videri posset non aptissime Synodi Tridentinæ canonibus (1) respondere: cui certe Synodo tantum tribuebat, ut ab ejus Decretis, etiam quæ ad meram disciplinam spectarent, ne latum quidem, ut ajunt, unguem esse umquam sibi recedendum arbitraretur. Quare *adjumentorum naturæ*, *conatuumque* prætermissa commemoratione, secus atque factum a Guillelmo le Roi fuerat, rem omnem in hunc modum flexit: *Quin immo, dum mea vulnera curare debeo*, vel *dum oportet, ut curem vulnera mea, ea integro; dumque prætendo recuperare salutem, augeo meam infirmitatem* „. Quibus certe in verbis de *conatu*, ut est apud le Roi, ne vola quidem. Jam de peccato Veteratoris primo, plura fortasse diximus, quam necesse fuit.

XLIX. De

(1) *Canon VII, sess.6.* „ Si quis dixerit, opera omnia, quæ „ ante justificationem fiunt, quacumque ratione fiant, vere „ esse peccata, vel odium Dei mereri; aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum „ gravius peccare, anathema sit „. Est is Canon non adversus eos editus, qui solis naturæ viribus disponi quemquam ad gratiam justificationis posse negarent; nam id quoque Synodus ipsa ex fidei nostræ præscripto negat *Sess. ead. capp.* 1. & 5. sed adversus eos, qui opera quæcumque, quamvis facta auxilio Dei, tamen peccata esse, conatusque eodem auxilio factos graviorem plagam inferre dicerent. Hæc etsi ita se haberent, tamen ne *conatus* quidem sine auxilio Dei facti Palafoxius meminit.

XLIX. De altero nihil attinet disputare. Est enim ex proxime descripto Palafoxii loco perspicuum. Nam is de *vulnerum integratione*, deque *prætensione augente infirmitatem* scribit; de *conatu* vero, *de studiis*, *de diligentia*, non item scribit. Quod si voce *prætendo* ibi *conatum* intelligi quisquam volet, non repugnabo. Verum quid tunc erit, Palafoxii sententia, istud *prætensum conari*, quam *præsumere*, seu *intentare propriis viribus*, hoc est *arrogare* tibi, quod per te unum nequeas; istoque arrogantiæ genere, quod ex superbia manat, ad rem quampiam aspirare? Verbis, sententiisque accurate usus.

L. Atque est id quidem totum ex Patribus, in primis autem ex Prospero, ex Gregorio Magno, ex Augustino. Jam de Prosperi loco supra demonstratum est *num.* XXX. Gregorius autem in XI. libro *in Jobum c.* IX. *num.* 12. (1) „ Quidam, *inquit*, culpas proprias punire cupientes, hoc quod recte se „ agere æstimant, in GRAVIORES CULPAS VERTUNT; fitque modo miserabili, „ ut quod exitum putant, hoc inclusionem „ inveniant„. Qua ex re intelligitur, fieri interdum, ut aliqui culpa sua deserantur a Deo; desertique cum sint, dum se putant vitaturos Non, inquam, e Guillelmo le Roi accepit; sed ex Patribus Prospero, Gregorio Magno, & Augustino.

 ros

(1) *Pag.* 370.

ros mala , in alia , eaque graviora ruant . Quod exemplo Judæ confirmat ibidem Gregorius , qui mox addit : „ Dicatur ergo , „ *si incluserit* (Deus) *hominem* , *nullus est*, „ *qui aperiat* ; quia sicut *nemo obsistit* largitati vocantis , ita *nullus obviat* justitiæ „ relinquentis . Includere itaque Dei est „ clausis non aperire &c. „ Abeat modo triglyphus sycophanta , ac si potest , audeat Prosperum & Gregorium in prodromis numerare Jansenianorum . Conferte nunc Augustini CLVII. *al.* LXXXIX. *Epistolam* (1) ad Hilarium Syracusanum . In hujus Capite II. num. 5. sic reperietis: „ Valet liberum ar- „ bitrium ad opera bona , si divinitus adju- „ vetur ; quod fit humiliter petendo , & fa- „ ciendo ; desertum vero divino adjutorio , „ qualibet scientia legis excellat (2) , nullo „ modo habebit justitiæ soliditatem , sed „ *inflationem impiæ superbiæ* , & exitiosum „ tumorem „ . Et num.6. „ Parum est, quia „ non implent , quod præcepit lex , non „ *concupisces* ; sed insuper *superbiunt* , & „ ignorantes Dei justitiam , idest , quam „ Deus dat , qui *justificat impium* , & *suam* „ *volentes constituere tamquam suæ voluntatis*

(1) *Tom. II. pag.*413. *Edit. Antuerp. an.*1700.

(2) Est id paulo plus , quam *sabiduria* illa *humana*, cujus Palafoxium meminisse vidimus .

„ *tis viribus factam* (ut ſuam conſtituere ſycophanta Berruyerianus videtur velle) „ *juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti* „. Et *num.* 7. „ Non itaque de ſuis viribus præſumat æ- „ grotus, quia in *multitudine virtutis ſuæ* „ *non erit ſalvus*. Nam ſi inde *præſumit*, „ videat, ne vires iſtæ non ſint, quales eſſe „ ſolent ſanorum; ſed quales ſolent eſſe „ *phræneticorum*, qui cum ſint inſani, adeo „ ſe ſanos putant, ut nec medicum quæ- „ rant, & tamquam importunum inſuper „ cædant, ſicut iſti *Chriſtum inſana ſuper-* „ *bia* quodammodo *cædunt*, cujus gratiæ „ tam benignum adjutorium ad faciendam „ juſtitiam, dato legis præcepto, neceſ- „ ſarium non eſſe contendunt „. Et *num.*10. „ Ad *abundantiam delictorum* lex nos do- „ cet, quid velle debeamus, niſi *adjuvet* „ *gratia*, *ut*, *quod volumus*, *valeamus*, *&* „ *quod valuerimus*, *impleamus*. Adjuvabit „ autem, ſi non de noſtris viribus *præſu-* „ *mentes* alta ſapiamus, ſed humilibus „ conſentientes, & de iis, quæ jam poſſu- „ mus, gratias agamus, & pro iis, quæ „ non poſſumus, Deum ſuppliciter, inhi- „ ante voluntate, poſcamus „. Et *cap.* 11I. *num.*16. „ Lex ſubintravit, *ut abundaret de-* „ *lictum*, ſive cum homines negligunt, quod

 Deus

„ Deus jubet ; *sive cum de suis viribus præ-*
„ *sumentes* adjutorium gratiæ non implo-
„ rant, ut addant *infirmitati superbiam* „.
Videtis ne, ut Augustinus hominem, qui destitutus divino auxilio sit, *qualibet scientia legis excellat, si viribus confidat suis, inflatione superbiæ, & exitioso tumore agere*, affirmet; statuatque, eum non esse *subjectum divinæ justitiæ, ut qui suam justitiam constituere velit, tamquam suæ voluntatis viribus factam*; quæ vires in eo *non sanæ tunc sint, sed quales solent esse phræneticorum, qui cum insaniant, medicum cædant?* Ecquis autem, qui *inflatione impiæ superbiæ* operetur; qui sese *justitiæ Dei* recuset *subjicere*, sed *propriam* velit *constituere*; qui *phrænetici* instar sit, *Christumque cædat*; ecquis, inquam, eum, qui sic agat, *augere infirmitatem, languorem, delicta sua*, sic agendo, neget? Ac nisi augeret, quo demum modo Augustinus animadvertisset, *abundare delictum, cum homines de suis viribus præsumentes adjutorium gratiæ non implorant, & addunt infirmitati superbiam?* An abundare delictum, non aucta infirmitate, neve *integratis*, ac si velis etiam, *multiplicatis peccatis*, quisquam sui compos dicet? Augustini hanc, quæ certe Ecclesiæ est, doctrinam confirmarat
In-

Innocentius I. in litteris ad Patres Synodi Carthaginienſis, ut ante oſtendimus (1).

LI. Atenim Palafoxius *prætendo*, non *præſumo* ſcripſit. Eſt ita plane. Sed iſtud *prætendo*, quo ſpectat, rogo, niſi ad illud, quod ſibi ipſe præſcripſerat jam uſque ab initio Epiſtolæ Paſtoralis ſuæ? Quidnam vero id fuerit, quod ſibi præſcripſit, attendite. Animadverterat initio ejuſdem Epiſtolæ Vir ſummus

Quam autem orthodoxo ſenſu id Palafoxius dixerit, perſpicue conſtat ex ſerie Paragraphorū Epiſtolæ Paſtoralis ſuæ.

Tam eſſe magnam noſtram ſtultam præſumptionem jam indè a primorum noſtrorum parentum lapſu, ut ſpirare videamur ſuperbiam, & temeritatem.

„ Es tan grande nueſtra loca „ preſuncion deſde la caida „ de nueſtros primeros pa- „ dres, que parece, que reſ- „ piramos ſoberbia, y teme- „ ridad „.

Inde *num.* 2. adnotarat, *nos*, hoc eſt ex humano genere plures.

Si cadimus, noſmet ſuperbos attollere, cum nos debeamus erigere humiles; quodque eſſe lux debeat cæcitati noſtræ, id eſſe repetitorum lapſuum noſtrorum fomentum.

„ Si caemos, nos levantamos „ ſoberbios, quando habiamos „ de levantarnos humillados; „ y aquello, que ha da ſer luz „ a nueſtra ceguedad, es fo- „ mento de repetidas caidas „.

Numero deinceps tertio, ſic habet:

Mors noſtra eſt ſuperbia quædam interior, cogitandi, quandocumque volemus, poſſe nos e vitiis in cælum tranſire.

„ Nueſtra muerte es una ſo- „ berbia interior de penſar, „ que ſiempre que quiſiere- „ mos, podremos paſar deſde „ los vicios al Cielo „.

I 4 Poſt

(1) *Num. XXX. hujus noſtræ Epiſtolæ.*

Poſt, mortales redarguens, num. 5. hæc ſcribit:

Filii Adam graves corde, recalcitramus legibus Dei, & præſumimus extremo momẽto per portas noſtras cælum ingredi.

„ Ijos de Adan graves de corazon, a las leyes de Dios recalcitramos, y en el ultimo momento preſumimos, que nos entre el Cielo por nueſtras puertas „.

Numero autem ſexto, inquit:

Hæc ſecreta ſuperbia, hæc manifeſta temeritas, hæc præſumpta confidentia nos ad ſemper deſtruit; hoc credere, eſſe nos valentes ad omnia, foreque, ut ſemper, quod volemus, poſſimus hoc cogitare, facturos tunc nos quidquid Deus jubet, intereaque illum irritare, atque offendere, hoc, inquam, eſt, quod nos per ſolum raptatos trahit: hoc ut certum credere, intus in nobiſmetipſis nos poſſidere univerſale remedium omniũ noſtrarum miſeriarum, hoc eſt propriam libertatem noſtram, & voluntatem, ſemperque dum volemus, factum jam eſſe, quidquid nobis convenit; hæc ſtulta confidentia, nos ducit in interitum ſempiternum.

„ Eſta ſoberbia ſecreta, eſta temeridad manifieſta, eſta fianza preſumida nos deſtruye para ſiempre; eſte creer, que ſomos poderoſos para todo, y que ſiempre podremos aquello que mas quiſieremos; eſte penſar, que entonces haremos todo, lo quo manda Dios, y entretanto enojarlo, y ofenderlo, eſſo nos trahe arraſtrados por el ſuelo, eſte tener por infalible, que dentro de nos otros miſmos poſeemos un remedio univerſal de todas nueſtras miſerias, que es nueſtra propia libertad, y voluntad, y que ſiempre que quiſieremos, ya eſtá hecho todo, lo que nos conviene, eſta confianza loca nos lleva a condennacion eterna „.

Poſtea vero quam *num.* 7. in eos invectus eſt, qui cum implicati tot ſceleribus ſint, tum arrogant ſibi tantum virium, ac poteſtatis, ut temere ſibi perſuadeant, ſupremo ſuæ vitæ

tæ tempore ſeſe Deo ſatisfacturos, atque ita potituros gloria ſempiterna; numero octavo.

Humiliemus nos, *inquit*, ut nobis dictum a S. Petro eſt, *ſub potenti manu Dei*. Agnoſcamus, ut de ſe dicebat Abrahamus, nos *pulverem eſſe, ac cinerem*. Credamus tandem aliquando in manu eſſe noſtra nos perdere; & in Dei manu nos ſalvare: & quamquam nos *poſſimus eligere* melius (*En alterum libertatis noſtræ præclarum Palafoxii teſtimonium*); oportere tamen, ut Deus nobis det prior, illud eligere. Principium ruinæ noſtræ, ac perditionis a propria electione noſtra pendere; principium autem utilitatis noſtræ, atque ſalutis pendere a Deo origine totius boni, & ſancti.

„ Humillemonos, como nos „ dice S.Pedro, *de bajo de la* „ *mano poderoſa de Dios*. Co„ nozcamos, como decia de ſi „ Abran, que *ſomos polvo, y* „ *ceniza*. Acabemos de creer, „ que eſtá en nueſtra mano el „ perdernos, en la de Dios „ el ſalvarnos: que aunque „ nos otros podemos eſcoger „ lo mejor, es meneſter, que „ primero nos dé Dios el eſ„ cogerlo; que el principio „ de nueſtra ruina, y perdi„ cion depende de nueſtra mi„ ſma eleccion; que el prin„ cipio de nueſtro aprovecha„ miento, y ſalvacion depeu„ de de Dios origen de todo „ lo bueno, y ſanto „.

Ubi hæc ille diligenter eſt perſequutus, eo ſe induxiſſe, ait, animum ad Paſtoralem hanc Epiſtolam perſcribendam, quo ejus ſuperbiæ, temeritatis, arrogantiæque malum ex hominum cordibus, ſi modo poſſet, evelleret.

Deſiderium, *inquit*, medendi in nobiſmetipſis, inque aliis huic communi miſeriæ, nos impulit ad offerendas noſtris ſubditis agnitiones aliquas bonitatis, caritatis, poteſtatis, & miſericordiæ Divi-

„ El deſeo de veer curada en „ noſotros, y en los otros „ eſta miſeria comun, nos „ ha obligado a ofrecer a nue„ ſtros ſubditos algunos co„ nocimientos de la Divina „ bondad, y caridad, poder, y mi-

vinæ; & nostræ miseriæ, debilitatis, egestatis; & ad promovendam recordationẽ Dei, qui est totum nostrum remedium.

„ y misericordia; y de nuestra miseria, flaqueza, y necessidad para promover la memoria de Dios, que es todo nuestro remedio „.

Hisce animadversis, perpaucisque inde adjunctis de Guillelmi le Roi libello verbis, de quibus supra loquuti sumus (1); mox *agnitiones*, de quibus monuerat, proponit. Priore autem *Agnitionum* earumdem *Paragrapho*, Deum nomine hominis peccatoris alloquens:

Agnosco, *inquit*, me non posse, neque valere sine te (o Magne mi Deus) TOTO CONATU PRÆSUMENTIS, ac VANÆ NATURÆ meæ agnoscere mea debita, subvenire meis necessitatibus; pro meis culpis satis tibi facere; agnoscere meos excessus; adorare tuas misericordias; adimplere leviores etiam, facilioresque meas obligationes.

„ Reconozco, que no puedo, que no valgo sin vos (o gran Dios mio) CON TODO EL ESFUERZO de MI NATURALEZA PRESUMIDA, Y VANA reconocer mis deudas, satisfacer mis culpas, soccorrer mis necesitades, conocer mis excesos, adorar vuestras misericordias, ni cumplir con la mas ligera, y facil de mis obligaciones „.

Cla-

(1) At Palafoxius ad *scopum* eumdem se, atque Guillelmum spectare, visumque sibi esse Guillelmi *affectus* imitari, scribit. Fateor. Verum quemnam fuisse Palafoxius censuit Guillelmi Scopum, nisi precationes proponendi, quibus homo propriam miseriam deflens, perfectam sui conversionem a Deo peteret? Quid? Is scopus annon Viro plane catholico dignus fuit? Quosnam porro Vir Ven. fuisse *affectus* Guillelmi duxit, nisi *affectus* compunctionis, pœnitentiæ, implorationis misericordiæ Dei? Cur igitur hos *affectus* imitatus non esset Palafoxius? At sunt quædam in Guil-

Clarior ſane, explicatiorque ſeries hæc tota Palafoxii teſtimoniorum eſt, quam ut involvi poſſit loquacitate ſycophantarum, quo minus de *præſumente* voluntate, hoc eſt de fidente ſuis viribus natura intelligatur. Deſcendit porro Vir Ven. ad 2. Paragraphum, ibique adhibet illud, quod triglyphus Accuſator objicit: *y quando pretendo cobrar la ſalud, aumento mi enfermidad*. Addit §.IV.

A te (Deus) expectare debemus noſtram ſalvationem; abs te eam debemus petere; nobis debemus diffidere; fugereque nos a propria noſtra voluntate oportet.

„ De vos hemos de eſperar „ nueſtra ſalvacion; a vos „ la hemos de pedir; de nos „ otros hemos de deſconfiar; „ y de nueſtra propia volun„ tad hemos de fuir „.

Eodem ſpectant, quæ ſcribit §. V. & ſequentibus. Quis autem tam eſt cæcus, ut comparatis inter ſeſe antecedentibus hiſce, conſequentibuſque Palafoxianis ſententiis, non plane videat, vocem *pretendo*, qua ille §. 2. utitur, de confidente ſuis viribus, *præſumenteque* humana voluntate intelligi oportere? Atqui ſuperbe præſumens, atque operans

Guillelmi libello digna prohibitione. Non nego. At ea ex pravo ſcopo, affectuque malo profecta, neque Apoſtolica Sedes, libellum prohibens, dixit; neque, hac nihil tale dicente, audere Palafoxio licebat, ut diceret. Non enim id ſibi judicium arrogare Vir Venerabilis debebat. Itaque quod ad ſe attinebat perfecit. Emendavit, redegitque ad ſenſum catholicum quidquid minus accurate propoſitum a Guillelmo fuerat; ſalvo ſcopo, ſalviſque affectibus, de quibus ab ſe (tacente Apoſtolica Sede) niſi bene, cogitari non poſſe intelligebat. Vide quæ ſcripſi *pag.*28. *ſqq.*

rans voluntas, cur *infirmitatem*, vulneraque sua non *integret?* An ex superbia, præsumptioneque oriri quidquam boni, aut non mali potest? Si autem quod inde oritur, peccatum est; repetantur vero actiones ex superbia ortæ ab eo, qui *præsumens* de suis viribus operatur; quid erit caussæ, cur non item dici queat, ab eodem sua vulnera augeri, ut Prosper, Gregorius Magnus, Augustinus, & Innocentius I. docuerunt? Sed criminis id loco tripartitus sycophanta Palafoxio posuisse videtur, non tam ut minus hunc recte sensisse, lectoribus suis persuaderet, quam ut Berruyeriana opinionum contra Dei gratiam portenta, quibuscumque modis posset, adsereret. Cognoscite autem, quos, hujus sui consilii perficiundi caussa, mæandros, quæ diverticula, quas flexiones Veterator quæsierit.

Accusatores non tam refellendi Palafoxii, quã Berruyerismi confirmandi caussa hanc instituerunt criminationẽ. Ejus consilii explẽdi gratia, attulerunt Tridentinum Ca-

LII. Principio septimum Canonem Sessionis sextæ Tridentinæ Synodi multis suis partibus diminutum affert, ex quibus sane partibus (quas etsi alio loco produxerat, nunc præterit) genuina Canonis ejusdem percipi potest, & vere debet significatio. Adducit inde Veterator *versum* 38. *capitis* VIII. *libri tertii* Regum: „ Si quis cognoverit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in

„ in domo hac, tu exaudies in cælo in loco „ habitationis tuæ, & repropitiaberis „. Post hæc, ex Ambrosii Enarratione in *Psalm.* XXXVII. adducit verba: *deprecatio etiam in peccatore laudabilis*. Cur vero hæc congerit? An Ambrosii, Concilii Trid., Scripturæ eo contorquebit detruncata loca, ut iis indicari velit, homines de suis *viribus præsumentes tam non augere infirmitatem*, & reatum suum, ut digni sint potius, qui, etsi arroganter, ac superbe (1) orantes, tamen exaudiantur, laudemque inveniant? Nisi enim hoc Veterator volet, ecquid demum eo corruptorum testimoniorum apparatu contra Ven. Virum volet; cum is id sibi unum proposuisset, ut audaciam, temeritatem, superbiam eorum comprimeret, qui naturæ suæ tantum tribuerent virium, ut iis sese erigere posse, parareque ad ju-

nonem multis suis partibus diminutũ; malaq; fide, Ambrosii, Thomæ, & Scripturæ loca.

(1) Ut Pharisæus, cujus fit in Evangelio Lucæ mentio Cap. XVIII. *v.*10.*sqq.* Confer S. Augustinum *Serm.CXV.al. XXXVI. de Verbis Domini n.*1. *pag.*400. *Tom.V.* quo loco ad Lectionem S. Evangelii de Pharisæo illo adludens: „ sic le„ ctio, inquit, S. Evangelii ædificat nos ad orandum, & „ credendum, & non de nobis, sed de Domino præsumen„ dum „. Vide & num.2. *sqq. pag.*401.*sqq.* Idem Augustinus *Epist.CLVII.ad Hilarium Syracusanum n.*29.*pag.*421.*Tom.II.* Pelagianos *Psalmi* auctoritate refellens, ait: „ Hoc ergo „ attendant & isti, & si reprehendunt eos, qui glorian„ tur in divitiis suis, CAVEANT IPSI IN SUA VIR„ TUTE CONFIDERE. Simul enim utrique reprehen„ duntur in Psalmo, *qui confidunt in virtute sua*, & *qui* „ *abundantia divitiarum suarum gloriantur* „.

justificationem, judicarent? Nimirum huc tandem, huc, inquam, tendit sycophanta, ut, Pelagio duce, naturæ vires efferat, gratiamque divinam ingratus tollat. Neque vero excusare sese poterit, obtendereque, eo se consilio Ambrosii, Concilii Tridentini, Scripturæ adduxisse loca, ut Palafoxium refelleret negantem, eos qui gratia sanctificante careant, exaudiri, etiamsi divinitus adjuti orent, gemant, suamque improbitatem detestentur: non, inquam, uti Veteratori hoc genere excusationis licet, quod constat esse calumniæ, mendaciique impudentis plenum. Nam ut alias sæpe, sic §.xv. seq. Præsul optimus in hunc modum scribit, hominis nomine, qui sceleribus sit illigatus:

„ Mi alma, Señor, llena de pasiones, y prisiones, llena de culpas, y de miserias, gime en las tinieblas, y obscuridad de la culpa, y reconoce, que sin vos (o luz eterna) no viera, que sin vuestras fuerzas (Dios mio) no quebrantara sus hierros; y estos secretos gemidos, y latidos con que está llorando su cautiverio, son auxilios de vuestra mano; son fuerzas de vuestro poder; efectos de vuestra misericordia, rayos de vuestra bondad. Obrad pues en mi, Redentor mio, todo poderoso,

Anima mea, Domine, plena passionum, & vinculorum, plena culparum, & miseriarum, gemit in tenebris, & obscuritate culpæ, & recognoscit (o lux æterna) quod sine te non videret, quod sine tuis viribus (o Deus meus) non rumperet catenas suas; & quod hi secreti gemitus, ictusque cordis, quibus gemit suam captivitatem, sunt auxilia manus tuæ, sunt vires tuæ potestatis, effectus tuæ misericordiæ, radii tuæ bonitatis. Opera-

„ fo efta neceffaria redencion, „ para que pueda falvarme. „ Volvedme a una perfecta, „ y fanta libertad; falvadme, „ pues que fois mi Salvador. „ Vencedme, Señor, prime- „ ro a mì, para que venza con „ vos a mis pafiones, y vos las „ venzais por mi, y en mi: *vin- „ ce in bono malum*. Venced „ con lo bueno, que hai en vos, „ lo malo, que hai fiempre en „ mi. Libradme a mi vos de „ mi. *Oireis* (Señor mio) MIS „ ORACIONES, SI FUE- „ REN VEHEMENTES, „ Y CONTINUAS. COMO „ PODEIS VOS NEGAROS „ A LOS GEMIDOS, QUE „ VOS MISMO FORMAIS „ EN MI CORAZON? SE „ IO LLORARA DE MIO.. „ Y SIN VOS CLARO ES- „ TA, QUE ERAN GEMI- „ DOS TAN MUERTOS, „ QUE NO PUDIERAN „ OIRSE; PERO LLORO, „ GIMO, Y SUSPIRO A- „ QUELLO, QUE VOS ME „ DAIS, QUE GIMA, SU- „ SPIRE, y llore... Haced, „ que fe acabe mi ceguedad, mi „ enfermidad, mi defconfuelo, „ y miferia „.

rare igitur in me, mi Redemptor, qui totus es potens, neceffariam hanc redemptionem, ut falvari poffim. Verte me ad perfectum, fanctamque libertatem. Salva me, cum meus fis Salvator. Vince Domine primum me, ut tecum paffionesvincam meas, & tu eas per me, & in me vincas. Vince in bono malum: *Vince bono, quod in te eft, malum, quod in me eft femper. Libera tu me a me. Exaudires, mi Domine, orationes meas, fi vehementes, continuæque effent. Quo tu modo negare te poteris gemitibus; quos tu formas in corde meo? Si de meo plorarem .. & fine te, clarum effet tam effe tenues gemitus meos, ut exaudiri non poffent. Verum ploro, gemo, & fufpiro, quod tu das, ut gemam, fufpirem, & plorem .. Fac ut ceffet cæcitas mea, mea infirmitas, meus dolor, & miferia*.

Hæccine, obfecro, Palafoxius umquam fcripfiffet, fi fontes, divinis auxiliis ad orandum, gemendumque permotos non modo non exaudiri, fed majores etiam plagas acci-

accipere putasset? Si ergo hoc ille non potest accusari nomine, quid restat, quam ut tripartitus Veterator idcirco ab se fuisse eum accusatum confiteatur, quod homines suis viribus confidentes tam non exaudiri superbe orando animadverterit, ut potius augeant (superbiæ, arrogantiæque caussa) miseriam, & infirmitatem suam? Nisi enim id unum Veterator carperet, non tam sæviter, ut fecit, locum Ambrosii detruncasset; non attulisset Tridentinum Canonem tot suis partibus diminutum; non versum illum *e tertio Regum libro* eo flectere, irato Deo, fuisset ausus, ut cum contextu, continuationeque Sacrorum Bibliorum pugnare videretur.

Quid Ambrosii locus postulet; quamque sit magna fraus Accusatoris.

LIII. Nam verum quidem est, Ambrosium in *Enarratione in Psalmum XXXVII. num.* 38. scripsisse: *Deprecatio in peccatore laudabilis*; at hisce verbis S. Doctor proxime præmiserat; *jactantia enim insolens etiam in integro*; id quod Veterator omisit, ne quid triste viribus naturæ fidenti denunciaret. Quin etiam paulo ante numero nempe 37. Doctor idem Sanctus animadverterat „ in ipso perfido Achab gemitum inventurum fuisse gratiam, *nisi manens invidia cumulasset offensam. Non enim per-*

fun-

„ *functorium gemitum prædicari* , *fed qui*
„ *habet converſionem* ; ſcriptum enim eſſe:
„ *ſi converſus ingemueris* , *ſalvus eris* „. Addideratque : „ Rugit , qui gemitum ſolum,
„ non verba exprimit . Hæc eſt ergo illa
„ præclara oratio , quando *interpellat pro*
„ *nobis Spiritus gemitibus inenarrabilibus* ,
„ ut Vas electionis adſeruit . *Hic eſt gemi-*
„ *tus* , *quem non deſpicit Deus* , qui non
„ deſpicit ſervum juniorem orbatum Pa-
„ tre , nec viduam ſi effundat loquelam .
„ Gemitum ergo ante omnia *ſignum Spi-*
„ *ritus Sancti* Apoſtolus ponit... Nihil *in-*
„ *ſolens* , & *ſuperbum* noſtro ex ore pro-
„ cedat . Claude januam , cum oras , ne
„ ſe ingerat Spiritus nequam ; ut & ibi
„ *peccatum extorqueat* , *ubi lucrum volumus*
„ *pietatis acquirere* . Qui *ſic orat* , non eſt
„ a Domino gemitus ejus abſconditus „ .
Atqui hæc omnia Sycophanta reticuit , ne ſicut *invidia* Achabo, ita *ſuperbia præſumenti de ſuis viribus* homini *offenſam cumulare* demonſtraretur ; neu quis putaret, opus eſſe adjutorio Dei ad gemendum , atque ad orandum ita , ut non indignus peccator ſit , qui exaudiatur ; cum Ambroſius ſtatuat , *non gemitum perfunctorium exaudiri* ; *ſed eum* , *qui habet converſionem* ; conſtet-

K que

que, ne initium quidem *converſionis* haberi, ni Deus præſidio ſit. Rurſum Ambroſius ipſe, *gemitum*, *quem non deſpicit Deus*, *ſignum eſſe Spiritus Sancti interpellantis gemitibus inenarrabilibus*, ſcribit; monetque, ab oratione abeſſe quidvis *ſuperbum*, *atque inſolens* oportere; alioqui hominem, ubi *lucrum pietatis velit acquirere*, ibi peccaturum. Tantum ſcilicet præſidii ex Deo poſtulat gemitus peccatoris non deſpiciendus: tantumque eſt, Ambroſio teſte, *in ſuperba*, *& inſolenti prece* hominis de ſe præſumentis damni! Itaque non placuerunt hæc Ambroſiana Tripartito Veteratori; quare preſſa ab eo ſunt, involutaque ſilentio, ita ut cetera, a quibus ſibi negotium exhiberi cognoverat.

Quid integer Canon Tridentinus ferat.

LIV. Jam ex Canone Tridentinæ Synodi ecquid Accuſator decerpſit? Hæc ſolum: *Si quis dixerit*, *quanto vehementius ſe nititur quis diſponere ad gratiam*, *tanto eum gravius peccare*: *anathema ſit*. Quaſi vero anathemate perculſi hoc Canone fuerint, qui Scripturas, Patres, ut vidimus, Pontificeſque Maximos auctores ſequuti, hominem ſuperbe de ſuis viribus præſumentem, atque hoc modo ſeſe ad juſtitiam diſponere conantem, integrare ſcelera ſua, gra-

graviusque peccare, defenderent. Verum quis ignoret, perscriptum eumdem Canonem adversus heterodoxos fuisse, qui statuere auderent, nisum omnem, quocumque tandem modo, nempe etiam adjumento divinæ gratiæ, fieret, augere peccatum, siquidem ante *justificationem* partam fieret? Patiemini, arbitror, rursum, ut vobis integrum canonem eumdem proponam. Est autem hujusmodi: „ Si quis dixe„ rit, opera omnia, quæ *ante justificatio„ nem* fiunt, *quacumque ratione facta* sint, „ vere esse peccata, vel odium Dei mere„ ri; aut quanto vehementius quis niti„ tur se disponere ad gratiam, tanto eum „ gravius peccare: anathema sit „. Neque vero priorem solum hujusce Canonis partem tacitus Veterator præteriit; sed etiam Canones ejusdem Sessionis I. (1) ac III. (2) & I. atque sequentia (3) Decretorum capita,

(1) „ Si quis dixerit, hominem suis operibus, quæ vel „ per *humanæ naturæ vires*, *vel per legis doctrinam fiant*, „ *absque divina per Jesum Christum gratia posse justificari* „ *coram Deo*: anathema sit „.

(2) „ Si quis dixerit, sine præveniente Spiritus Sancti „ inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, „ sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut „ ei justificationis gratia conferatur: anathema sit „.

(3) Cap.I. „ Oportet, ut unusquisque agnoscat, & fa„ teatur, quod cum omnes homines in prævaricatione Adæ inno-

pita, quibus Berruyeriana contra Dei gratiam portenta, atque flagitia repelluntur.

Quo spectet versus 38. Cap. VIII. Lib. 3. Regum, quo Accusator abutitur.

LV. Age vero, quod Salomon *v.* 38. Capitis VIII. *Libri III. Regum* dixit: „ Si quis „ cognoverit plagam cordis sui, & expan- „ derit manus suas in domo hac, tu exau- „ dies „; an eo dixit, ut sine ope Dei cognoscere quemquam *plagas cordis sui, expandereque manus suas in Domo Dei*, significaret? Nonne ipse Salomon ibid. *v.* 37. *ostendi homini a Deo viam bonam, per quam ambulet*, monuit? Nonne *VIII. cap. Proverbiorum* Rex idem Salomon docuit, *præparari voluntatem a Domino?* Nonne Christus Servator

„ innocentiam perdidissent.. usque adeo *servi erant peccati*, „ & sub *potestate diaboli*, ac mortis, ut non modo gentes „ *per vim naturæ*, sed ne Judæi quidem per ipsam litte- „ ram legis Moysi, *inde liberari*, *aut surgere* possent, ta- „ metsi in eis *liberum arbitrium minime extinctum* esset, „ *viribus* licet attenuatum, & inclinatum „. *Et cap.* 5. „ Declarat (Sancta Synodus) justificationis *exordium* in „ adultis *a Dei per Christum Jesum præveniente gratia su-* „ *mendum* esse, hoc est ab ejus vocatione, qua nullis eo- „ rum existentibus meritis vocantur, ut qui per peccata a „ Deo aversi erant, per ejus *excitantem*, *atque adjuvantem* „ *gratiam* ad convertendum se ad suam ipsorum justifica- „ tionem, eidem gratiæ libere assentiendo, & cooperando „ disponantur „. Hæc Synodus Tridentina. Nihilominus Accusator Palafoxium arguit, quod, *non esse hominem auctorem remedii sui sine Deo; neque sine Deo libertatem perditam gratiæ acquirere posse* dixerit. Sic autem accusare, ecquid est, nisi Tridentinæ Synodo, Apostolo, Christo denique ipsi resistere?

vator (*Evang. Johan. Cap.XV.*) mortales, ut ne suis viribus confiderent, admonens, *sine me*, inquit, *nihil potestis facere*? Nonne Apostolus *in Epist. ad Roman. Cap. XI.* scripsit : *quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*. Et Cap. VIII. „ Spiri„ tus adjuvat infirmitatem nostram : nam „ quid oremus, sicut oportet, nescimus, „ sed ipse Spiritus postulat pro nobis &c.„ Cetera Scripturæ loca, quæ SS. Augustinus, & Thomas in Pelagianos, & Semipelagianos urgent, omitto, ne cuiquam vestrum videar in re satis explorate cognita nimius.

Quam consona sit Palafoxianæ Sancti Thomæ sententia, quãque adversa Accusatori.

LVI. At S. Thomas 2.2. Quæst.LXXXIII. Artic. XVI. „ Orationem, *inquit*, pecca„ toris procedentem ex bono *naturæ desi*„ *derio*, Deus audit „. Videtis ne, ut *naturæ* vires Sycophanta Tripartitus efferat; utque suæ, Berruyerianæque doctrinæ a Thoma præsidium petere conetur? Sed quo tandem modo? Hoc scilicet, ut sui sit semper similis. Resecat ex Articulo Sancti Doctoris, amputatque more suo, quæ exitiosa suo esse dogmati videat. Nam Thomas, iis, quæ Veterator in Palafoxium contorquet verbis, mox addidit : „ Non quasi „ ex justitia, quia peccator hoc non me-

 retur,

„ retur, sed ex *pura misericordia : obser-
„ vatis tamen quatuor præmissis conditioni-
„ bus, ut scilicet pro se petat, necessaria
„ ad salutem, pie, & perseveranter* „. Quid? Orare ne quisquam potest, *petereque necessaria ad salutem, pie, & perseveranter* sine *dono*, seu sine adjutorio Dei? Annon Thomas ipse *quæstionis ejusdem Articulo superiore ad primum argumentum* docuerat: „ Oratio-
„ nem sine gratia gratum faciente non esse
„ meritoriam, sicut nec aliquem alium
„ actum virtuosum; & tamen etiam ORA-
„ TIONEM, quæ *impetrat gratiam gratum*
„ *facientem*, *PROCEDERE ex aliqua gratia*,
„ *quasi ex gratuito dono, quia IPSUM ORA-
„ RE est quoddam donum Dei, ut Augustinus
„ dicit in Libro de Perseverantia* „? Quid? Si in ejusdem XV. *Articuli Corpore* Thomas prædicet, *a Deo nos ad orandum induci?* Rursum *petere* orando *pro se, ad salutem, pie, & perseveranter*, ita ut *exaudiatur petens*, quotus quisque neget, opus esse parans ad justificationem, & salutem viam? Sternere autem sibi ad justificationem, salutemque viam, quo demum modo, si Thomæ auscultemus, poterunt ii, qui ope sint divinæ gratiæ destituti? Sane Angelicus Doctor 1.2. *Quæst.CIX. Artic.VI. ad secundum:* Di-

„ Dicendum, *inquit*, quod nihil homo po-
„ test facere, nisi a Deo moveatur, secun-
„ dum illud *Joh.* XV. *sine me nihil potestis*
„ *facere*. Et ideo cum dicitur homo facere,
„ quod in se est, dicitur hoc esse in pote-
„ state hominis, secundum quod est motus
„ a Deo „. Et in *argumento*, quod *sed contra* vocant: „ Sed contra (Adversarios) est,
„ *inquit*, quod dicitur Joh. VI. *nemo potest*
„ *venire ad me, nisi Pater, qui misit me,*
„ *traxerit eum*. Si autem homo se ipsum
„ *præparare posset, non oporteret, quod ab*
„ *illo traheretur*. Ergo homo non potest se
„ ad gratiam præparare *absque auxilio gratiæ* „. Id quod Sanctus Doctor mirifice confirmat in Articuli ejusdem, ut ajunt, *Corpore*, sexcentisque aliis in locis (1), im-

 pri-

(1) Lect.3. in Cap.X.Epist.ad Rom. & lib.3.contr.Gentes cap. CXLIX. S.Thomæ præivere S.Augustinus, iique Patres, quos in libris contra Julianum Augustinus idem commemorat: & S. Prosper, S. Fulgentius, Synodi Carthaginiensis, Milevitana, Arausicana, Pontificesque Maximi Innocentius I., Zosimus, Cælestinus I., Gregorius I. &c. Sorbonæ auctoritatem objicit deinceps Palafoxio Accusator. Sed quod ex ea profert, ad rem non pertinet. Quam vellem, ut (quoniam ad Sorbonam provocat) ejus Academiæ censuram in Berruyeri damnata dogmata latam legeret. At saltem reminisceretur eorum, quæ an. 1700. Clerus Gallicanus decrevit, cujus certe testimonium longe est Sorbonæ testimonio gravius. *Tom.1.pag.*714. *&* 718. *Edit. Paris. an.*1716. Ex ea Cleri Gallicani Declaratione intelligeret, quid de Moliniano Systemate circa Prædestinationem, & Gratiam Episcopi ejus gentis esse statuendum censuerint.

primisque *Quodlibeto* I. *Art.* VII. ubi: „ Ad „ errorem Pelagianorum pertinet „ *inquit*, (arrigat nunc Veterator aures, qui Thomam opponere audet Palafoxio, quo nemo fuit doctrinæ Thomæ addictior) „ Ad errorem „ Pelagianorum pertinet dicere, quod ho- „ mo possit se ad gratiam præparare absque „ auxilio gratiæ, & est contra Apostolum, „ qui dicit (*Philipp.* V.) *qui cœpit in vobis* „ *opus bonum, ipse perficiet* „. Verum de Thoma, qui plura volet, is vindicem, adsertoremque ejus, atque Augustini de Gratia, & Prædestinatione dogmatum Thomam Lemosium consulat. *Panopl. lib.* IV. *Parte* III. *Tr.* III. *cap.* XXV. *n.* 319. *seqq. pag.* 161. *seqq.*

Accusator turpiter labitur, decipere vult, calumniatur; contra vero, Palafoxius doctrinæ orthodoxæ insistit.

LVII. Interea tenere vos arbitror, qua sit fide versatus Tripartitus nebulo in proponenda Angelici Doctoris sententia. Et is tamen Veterator subdolus, falsiloquus, falsificus, testimoniorum Sanctorum Patrum, Synodorum, Scripturarum defector, corruptor, temerator, non modo prodire in lucem hominum, sed suscipere etiam, profiterique audet munus Accusatoris, impudenterque jactato, quem ipse decurtavit, Thomæ Aquinatis loco, invehi scelerate in Sancti ejusdem Doctoris studiosissimum, ac religiosissimum sectatorem Palafoxium, at-

que

que perinde quidem invehi, ac si Præsul hic noster, ejurata doctrina orthodoxa, transfugerit in castra Jansenianorum. Sed elatus studio, atque hac illac, ut fors ferebat, vagantem Sycophantam tristylum insectatus plura dixi, quam, pro refellenda *quarta capitis quarti Actionis Berruyerianæ parte*, initio dicere constitueram. Itaque modum faciam. Manet enim, non Palafoxium, sed Veteratorem turpiter decipi, labi, errare. Nam hunc a Patrum, a Synodorum, a Pontificum Maximorum, a Sacrorum Bibliorum dogmatibus diffidere constat; novaque opinionum monstra inducere conari; utque id assequatur, rectâ, & palam Præsulem nostrum aggredi, instructaque calumnia, in erroris invidiam vocare; suam vero rem pro Berruyeri doctrina agere oblique, atque obscurius. Contra Palafoxius, ut est demonstratum, Patres, Concilia, Pontifices Maximos, Scriptores sacros sequutus, ad opera, quæ iter ad justificationem, salutemque sempiternam parent, adjutorium gratiæ Divinæ statuit requiri; servitutem vero, seu necessitatem peccandi, si efficax desit gratia, non modo non statuit, sed palam etiam negavit, ut qui libertatem ad malum, bonumque defenderit;

rit ; a Deo misericorde dari mortalibus semper, quod sufficit, affirmarit; salutemque proinde hominis in manu hominis ejusdem esse testatus sit, etsi is forte efficaci gratia careat, proptereaque opera gratiæ non agat.

De quinta Capitis quarti parte Adversariorū accusationis agitur, quæ est de necessitate serviēdi gratiæ. Palafoxium nihil usquā tale propugnasse, nihilque dixisse ostenditur, quod a Patribus non sit mutuatus.

LVIII. Depulsa quarta capitis quarti Berruyerianæ criminationis parte, ad quintam venio. Cujusmodi autem ea sit, ex verbis *Tripartiti Accusatoris* potius, quam ex meis cognosci malo. Is ergo: „ absorpta, „ *inquit*, & extincta per gratiam cupidita- „ te, seu dominante concupiscentia, hu- „ mana voluntas „ (Palafoxii quidem sententia) „ necessario servit gratiæ „. Ostendat, ubinam horum simile quidpiam Vir Ven. constituerit? Paragrapho, vel capite, inquit, Epistolæ Pastoralis quinto. Afferat locum. Affert. Est autem is locus hujusmodi:

„ Creo, Señor, como nos lo „ enseña la Iglesia Catholica Ro- „ mana, que vuestra gracia nos „ dá el poder, nos dá el querer, „ nos dá el obrar. Que en vos „ vivimos, y nos movemos, y „ somos. Vuestra gracia nos „ aplica á todo lo bueno, que „ obramos; nos dá aquello, con „ que os servimos, y esta gra- „ cia ... cria en nos otros aquel- „ lo, con que os servimos „.	„ Credo, Domine, veluti nos „ docet Ecclesia Catholica „ Romana, a tua gratia no- „ bis dari posse, nobis dari „ velle, nobis dari agere. In „ te nos vivere, moveri, & „ esse. Tua gratia nos ad- „ plicat ad totum, quod o- „ peramur, bonum: nobis „ dat illud, quo tibi servi- „ mus; & hæc gratia creat „ in nobis id, quo servi- „ mus tibi „.

Verum

Verum in his ego ſententiis, Thomæ (1), Auguſtini (2), Pauli Apoſtoli diſcipulum vi-

(1) Vide S. Thomam 1. 2. quæſt. 112. art. 3. in corp. & quæſt. 109. art. 6. in corp. & ad 1. arg. & ad 2. „ Dicendum, „ quod homo nihil *poteſt* facere, niſi a Deo moveatur: ſe- „ cundum illud Joh. 15. *ſine me nihil poteſtis facere*. Et ideo „ cum dicitur homo facere, quod in ſe eſt, dicitur, hoc „ eſſe in *poteſtate hominis*, *ſecundum quod eſt motus a Deo*„. Et 3. contra Gentes cap. 149. num. 3. Quibus quidem in locis patet, *poſſe* homini a gratia tribui. Jam vero concedi etiam eidem a gratia τὸ *agere* conſtat ex cap. 148. quo loco ait S. Doctor: „ Auxilium Dei non *excludit* a nobis „ actum *voluntatis*, ſed ipſum *præcipue* in nobis facit, un- „ de & Apoſtolus dicit ad Philippenſes 2. Deus eſt, *qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate* „. Et cap. 89. Origenem oppugnans ajentem, *poſſe*, hoc eſt *virtutem volendi* dari nobis divinitus, non vero ipſum *agere*, ne lædatur arbitrium liberum, „ *evidenter huic reſiſti*, „ inquit, *auctoritatibus Sacr. Scripturæ*. Dicitur enim Iſaiæ 26. „ *Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine*: *Unde non* „ *ſolum virtutem volendi a Deo habemus*, *ſed etiam operationem*. Præterea hoc ipſum, quod Salomon dicit: *quo-* „ *cumque voluerit*, *inclinabit illud*, oſtendit, non ſolum divi- „ nam *cauſalitatem ad potentiam voluntatis extendi*, *ſed* „ *etiam ad actum ipſius &c.* „ Vide Lemoſium Panopl. l. 4. part. 2. Tract. 4. cap. 21. pag. 152. ſeq.

(2) S. Aug. Propoſ. ex Epiſt. ad Rom. cap. 18. Tom. 3. P. 2. pag. 659. „ Gratia *efficit*, ut non tantum *velimus* recte *fa-* „ *cere*, ſed etiam *poſſimus*, *non viribus noſtris*, *ſed Liberatoris* „ *auxilio* „. Confer Ep. 186. ad Paulinum al. 106. num. 3. ſeq. pag. 506. ſeq. Tom. 2. & Epiſt. 157. ad Hilarium Syracuſanum al. 89. c. 2. n. 10. quo loco: „ Ad abundantiam delictorum, *inquit*, „ lex nos docet, quid velle debeamus, niſi adjuvet gra- „ tia, ut quod *volumus*, *valeamus*, *& quod valuerimus*, „ *impleamus* „. Sexcenta ſunt ejuſmodi in Auguſtini operibus, quæ, ne ſim longus, prætereo. Apoſtoli Pauli locum afferri jam a Thoma vidimus adnotatione ſuperiore. Quod addit Palafoxius, *in Deo nos vivere*, *moveri*, *& eſſe*, Pauli eſt *Actor. Apoſtolicor. cap. 17. v. 28.*

video ; quidquam verò contra, quod ſub gratia neceſſitatem agendi inferre poſſit, non video. At eſt harum ſententiarum omnino ſimile, quod Guillelmus le Roi ſcribit opuſculi ab Eccleſia proſcripti capite III. (1). Sit quidem ita. Non nego. Quid? An in damnato libello nihil contineri non damnati poteſt? Hoc ſi eſt, jam argumenta, quibus Myſterium Trinitatis adverſus Socinianos Lutherani, Calvinianique permulti egregie tuentur, rejicienda erunt, quod damnatis ab Eccleſia ipſorum voluminibus comprehendantur. Qua re quid fingi poteſt abſurdius? Homini recte inſtituto, non quidvis in proſcripto libello; ſed quod Patrum, Synodorum, Pontificum, uno verbo, Eccleſiæ doctrinæ repugnans, aut non apte reſpondens eſt, reſpuendum erit. Verum quid hæc perſequor, quæ ne adoleſcentulos quidem fugiant, qui ſummis, ut dicitur, digitis Theologiam attigerint?

LIX.

(1) Locus Guillelmi ibid. pag.5. eſt hujuſmodi: „ Seigneur nous croyons, comme nous l'enſeigne votre Egliſe, & votre ſainte parole, que votre grace nous fait pouvoir, nous fait vouloir, nous fait agir, nous aplique a tout le bien, que nous faiſons, forme en nous toute l'obeiſſance, que nous rendons a votre volonté, en ſorte que vous produiſez en nous par cette grace tout ce, qui vous peut etre agreable „.

LIX. Sed cur his ſe tantum Accuſator Palafoxii verbis continet? Cur non ultra progreditur? Cur ſupprimit, quæ mox ſunt adjuncta a Palafoxio plane Thomiſtica de libertate? Pergat optimi Præſulis locum deſcribere. At hæret homo. Veretur enim, ne inde etiam, atque etiam convinci poſſit calumniæ. Sed quod is dolo prætermiſit, id ego non committam, deinceps ut lateat. Ergo mox Palafoxius:

Agitur mala fide ab Accuſatore, qui dolo ſuppreſſit, quæ ſunt addita a Palafoxio de libertate.

„ Creo, Señor, *inquit*, que „ eſta gracia, bondad, y miſericordia me dá el primer „ movimiento del bien; deſpierta mi voluntad, y cautiva ſantamente mi alvedrió. Creo, que dentro de „ eſta cautividad LO DEJA „ LIBRE con una libertad „ ſanta, porque no es verdadera libertad aquella, „ que ſe cautiva del vicio; „ libertad á la quale arraſtran, e deſpeñan mis antojos, yo la llamo ſervidumbre. Nunca mas libre, „ Dios mio, que quando cautivo vueſtro: nunca mas „ cautivo, que quando mi „ maldad pone el clavo a mi „ alma, y la lleva a una dura ſervidumbre „.

„ Credo, Domine, ab hac „ gratia, bonitate, & miſericordia dari mihi primam ad „ bonum motionem, excitari „ voluntatem meam, ſancte „ meum arbitrium captivari. „ Credo, in hoc genere captivitatis relinqui„ (a gratia ipſa idem arbitrium)„ liberum „ ſancta quadā libertate, quia „ non eſt vera libertas illa, „ quæ ſe captivat vitio. Libertas, ad quam deſideria vana me rapiunt, ac præcipitant, ſervitus a me appellatur. Nunquam ſum, mi „ Deus, liberior, quam dum „ tuus ſum captivus; nunquā „ captivus magis, quā dū mea „ malitia animæ meæ vinculo „ clavum figit, eamq; ducit ad „ durā quamdā ſervitutem „.

Videtis ne, ut ſub gratia, eaque efficaci, quam creat in nobis Deus, & qua ſervimus

mus Deo, & qua captivi appellamur Dei, *liberum* relinqui *hominis arbitrium* fateatur, & *liberum* quidem sancta libertate?

Non placet Accusatori, quod scribit Palafoxius, creari in nobis a divina gratia illud.

LX. Atqui hoc illud est *creari*, quod Accusatori non placet. Quid? Respuam, quod Berruyeriano Sycophantæ non placeat; quodque contra placeat Thomæ (1), placeat Pro-

(1) S. Thomas lect.3. in cap.2. Epist. ad Ephesios, ad Apostoli verba: *ipsius factura sumus*: „ quidquid, *inquit*, „ boni nos habemus, non est ex nobis ipsis, sed ex Deo „ faciente. Psal. 99. *ipse fecit nos*, *& non ipsi nos*: *Deuteronomii* 32. *Nonne ipse est Pater tuus*, *qui possedit*, *fecit*, „ *& creavit te?* Et continuatur immediate cum præcedenti, ut dicatur, *ne quis glorietur*, quia scilicet *ipsius factura sumus*: vel potest continuari cum eo, quod supra „ dixerat, *gratia enim salvati sumus*. Secundo pertinet ad „ rationem gratiæ, ut *non sit ex operibus præcedentibus*; *&* „ *hoc exprimitur in hoc,quod subdit* CREATI. *Est enim creare aliquid ex nihilo facere*. Unde quando aliquis justificatur sine meritis præcedentibus, dici potest *creatus*, quasi „ ex nihilo factus. Hæc autem actio scilicet creatio justitiæ fit virtute Christi Spiritum Sanctum dantis. Propter „ quod subdit, *in Christo Jesu*, idest per Christum Jesum. „ *Galat. ult. In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet*, „ *neque præputium*; *sed nova creatura*. Psal. 103. *Emitte* „ *spiritum tuum*, *& creabuntur*. Ulterius non solum datur „ nobis habitus virtutis, & gratiæ, sed & interius *renovamur ad bene operandum*: Unde subdit, *in operibus bonis*, „ quia scilicet *ipsa bona opera sunt in nobis a Deo*. Esaiæ 16. „ *omnia enim opera nostra operatus es in nobis*. Et quia, *quos* „ *prædestinavit*, *hos & vocavit*, scilicet per gratiam, ut „ dicitur *Rom.*8. ideo subdit de Prædestinatione dicens, *quæ*, „ scilicet bona opera, *præparavit Deus*. Nihil enim est aliud „ Prædestinatio, quam præparatio beneficiorum Dei, inter „ quæ beneficia computantur & ipsa bona *opera nostra*„. Confer quæ item scribit S.Doctor in Ps.50.Tom.13.Op.Edit. an.1693.p.68.ad illa verba: *Cor mundum crea in me Deus*.

Proſpero (1), placeat Auguſtino (2) placeat denique Paulo ? Sed in Dordracena pſeudo-ſynodo Proteſtantes paria his docuerunt (3), eſtque in ſerie Queſnelli Propoſitionum XXIII. quæ ſic habet: „ Deus nobis ideam tradidit omnipotentis operationis ſuæ gratiæ, eam ſignificans per illam, qua creaturas e nihilo producit, & mortuis reddit vitam „. Nihil Accuſator agit. Non enim nos movent ii, quorum eſt de negata electione, cooperationeque humanæ voluntatis accuſatum, eoque

quo ſervimus Deo ; at quo ſenſu Palafoxius dixit, placuiſſe id oſtenditur Patribus.

(1) S. Proſper *Carm. de Ingratis v.34. ſeq.*
„ Vincente obſtantes animos pietate ſubegit ;
„ Non hoc conſilio tantum, hortatuque benigno
„ Suadens, atque docens, quaſi normam legis haberet
„ Gratia, ſed mutans intus mentem, atque reformans ;
„ Vaſque novum ex fracto fingens virtute creandi „.

(2) S. Auguſtinus Enchirid.cap.31.num.9.pag.152.Tom.6. „ Ne putarentur fidelibus bona opera defutura, rurſus adjecit (Apoſtolus): *ipſius enim ſumus figmentum creati in Chriſto Jeſu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus*. Tunc ergo efficimur vere liberi, cum Deus nos *fingit*, ideſt *format*, & *creat*, ut non homines, quod jam fecit, ſed ut *boni* homines *ſimus*: quod nunc gratia ſua facit, ut ſimus in Chriſto Jeſu nova *creatura*, ſecundum quod dictum eſt, *cor mundum crea in me Deus &c.* „ Nihil eſt opus de Pauli teſtimonio dicere, cum dictum jam eſſe ab Auguſtino, & Thoma ex deſcriptis modo ipſorum locis conſtiterit. Vide Lemoſium Vindicem Thomiſticæ Scholæ *lib.4. Panopl.Part.2. Tract.4. cap.20.*

(3) Locum Dordracenæ Pſeudo-Synodi objicit Accuſator. Sed quid Proteſtantes, qui eam celebrarunt, moremur, quorum eſt pravum de neceſſitate dogma a Palafoxii orthodoxa doctrina libertatem arbitrii tuentis diſſidens?

que nomine condemnatum dogma (1). Nam cum iis nihil commune est sectatori Thomæ (2) Palafoxio, qui non agi modo voluntatem hominis; sed agere etiam ipsam, sui arbitrii illæsa libertate, eligere, cooperari sub gratia, ultro & concedit, & confitetur, veluti & concedit, & confitetur, & docet Schola Thomistica (3), quam Quesnellismi accusare hominum est Sedi Apostolicæ repugnantium, instructorumque calumniæ. Ac

(1) Tolli damnata hac propositione arbitrii cooperationem, adeoque damnatam jure fuisse, animadvertunt Interpretes Constitutionis *Unigenitus*, in iisqueVan Ranstius *Ord. Præd. Theologus* in eo libello, qui *Veritas in medio* inscriptus est. Itaque Quesnello objicit *caput 7. sess.6.* Synodi Tridentinæ, in quo legitur. „ Justitiam in nobis recipientes... secundum propriam cujusque dispositionem, & cooperationem „. Et Can. 9. Synodi Arausicanæ, qui sic habet: „ *quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, operatur* „.

(2) S. Tho. post verba supra descripta e *Lect.3. in cap.2. Epist. ad Ephesios* hæc continuo adhibet. „ Sed ne aliquis intelligeret, bona opera sic esse nobis præparata a Deo, „ ut nihil ad illa per *liberum arbitrium cooperaremur*, ideo „ subdit (Apostolus), *ut in illis ambulemus*: quasi dicat, „ sic nobis ea *præparavit*, ut ea nos ipsi per liberum arbitrium impleremus. *Dei enim adjutores sumus*, ut dicitur „ 1. *ad Cor.cap.*III. propter quod dicebat de se ipsoApostolus. „ 1. *ad Cor. cap.*XIII. *Gratia ejus in me vacua non fuit; sed abundantius omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei* „ *mecum*. Signanter autem dicit, *ambulemus*, *ut designet* „ *boni operis profectum* „.

(3) Vide Lemosium (quem sui Systematis de Gratia, & Prædestinatione Vindicem agnoscit Thomistica Schola) lib. 4. Panopl. par.2. Tract.4. cap.19. pag.146.

(1) . Ac libertate quidem arbitrii gaudere hominem, tam perſpicue conſtitutum a Palafoxio eſt, ut ipſe ſe tueatur, nulliuſque egeat defenſione. Nam §. xxii. „ Probe, „ *inquit*, ſcio, Domine mi, idque nos do-„ cet Eccleſia, *numquam mihi abs te eripi* „ *libertatem*. Probe ſcio, relinqui *abs te in* „ *manibus meis electionem vitæ meæ, & meæ* „ *mortis: reliquit Deus hominem in manu* „ *conſilii ſui*. Probe ſcio, *animam meam* L *eſſe*

(1) *Lib.* 4. *de Vita*, *& rebus geſtis Clementis XI. P. M. num.* 37. *pag.* 284. *Edit. quam* Urbini fieri curavit Hannibal S. R. E. Card. Albanus an. 1727. hæc leguntur: „ Integra, „ ac prorſus illæſa permanſit doctrina *de divina gratia ſe* „ *ipſa efficaci*, & ad Beatorum gloriam *prædeſtinatione gra-* „ *tuita*, quam a damnatis nuper erroribus immani tutam „ diſcrimine *potiſſimum Schola Thomiſtica*, aliæque celeber-„ rimæ in orbe Catholico Academiæ, frequenteſque Theo-„ logi, ducibus Ss. Auguſtino, & Angelico Doctore propu-„ gnant. Quorum doctrinæ erroris notam hujuſmodi ab ſe „ inuſtam Conſtitutione, Quæſnellianæ ſtudentes cauſſæ per „ *ſummam injuriam calumniatos eſſe*, Clemens celeberrimis „ litteris ordientibus *Paſtoralis officii*, quas ad univerſos „ Chriſtifideles Kal. Sept. duo de vigeſimo hujus ſæculi an-„ no ſcripſit, *merito queſtus eſt*, *falſamque criminationem* „ *depulit*. Neque defuerunt, qui tametſi Queſnellianis, ut „ Catholicos decebat homines, eſſent adverſi, & Clemen-„ tinæ Sanctioni obſequerentur, *licentia* nihilominus *pari* il-„ luſtres utriuſque S. Doctoris Scholas *criminabantur*, ſua „ alia de cauſſa intereſſe rati *id calumniæ genus vulgo alere*. „ At horum hoc item Pontificium diploma tempeſtive *com-* „ *preſſit audaciam* „. Conſule etiam litteras Benedicti XIII. quarum eſt initium *Demiſſas preces*, die 6. Nov. an. 1724. & Conſtitutiones Clementis XII. quarum prior data 5. Kal. Sept. an. 1733. incipit: *Verbo Dei &c.*

„ *esse in manibus meis*, ut S. Propheta, „ idemque Rex dixit; quia ego *eligo* malum, & *bonum*, atque ita sum *arbiter* „ mei *remedii*, & mei damni: sum auctor „ fortunæ meæ, mihique fabricor æternam, aut pœnam, aut coronam. „ Adjungit, hanc libertatem, *majorem præeminentiam nostram esse*, *atque libertatem quidem indifferentiæ*, uti supra demonstratum est, quo loco verba ejus Præsulis hispanica omnia, quæ huc spectarent, accurate descripsimus (1). Qua igitur confidentia Veterator jactat, admissam ab eodem optimo Præsule fuisse in hominis voluntate serviendi dominanti victrici gratiæ necessitatem, propterea quod *creari* dixerit *in nobis id*, *quo servimus Deo?* De cooperatione post differam.

Calumnia agit Accusator, ut qui dicat, intelligi verba Palafoxii de impossibilitate resistendi Triumphatrici Divinæ Gratiæ.

LXI. Pergit nihilominus Accusator, atque ex xxv. §. Epistolæ Palafoxianæ hæc profert, quæ plane esse censet Janseniana:

„ Teneis, Señor, sobre mis „ pensamientos, y sobre mi „ voluntad un derecho, un „ dominio, y tan grande so- „ beranía, y poder, que no „ debe resistirse, y si vos que- „ reis, ni sabe „.	*Habes, Domine, in cogitationes meas, & in voluntatem meam tale jus, tale dominium, tale imperium, tantamque potestatem, ut illa non debeat tibi resistere, nec si velis, patiatur* (Accusator vertit: *valeat*).

Hoc

(1) §. *XXVIII. hujus nostræ Epistolæ.*

Hoc adducto loco edicit, atque imperat Veterator, ut quisque adnotet, *sensum obvium verborum* hujusmodi Palafoxianorum *esse* „ quando Deus vult triumphare de no„ stra voluntate, impossibile est, ut illa re„ sistat „.

LXII. Ego vero in primis τὸ *non valeat* fuisse usurpatum a Palafoxio, vehementer nego. Non enim ille *no puede* scripsit, sed *ni sabe*, quod est, *nescit*, vel *non fert*, vel *non patitur*, vel *non ab se extorqueri sinit*. Sed age, *ni puede* scripserit; nam aliquanto post

Non iis verbis usus fuit Palafoxius, quæ ipsi attribuit Accusator. Quod si usus etiā fuisset, non esset proinde culpādus idem Palafoxius, ac si omnino *impossibile* esse resistere Gratiæ, dixisset.

„ Los sagrados oraculos, *inquit*, „ de vuestra Iglesia, Señor, las „ voces de vuestra eterna pala„ bra, nos asseguran, que ha„ reis todo aquello, que que„ reis, porque sois omnipoten„ te, y no hay quien se os pue„ da oponer, ni resistir „. §.xxv.

Sacra Ecclesiæ tuæ oracula, Domine, æterni verbi tui sermones nobis asserunt, te facere omne quodcumque vis, quia es omnipotens, & non est, qui tibi resistere, aut se tibi opponere possit.

Age, inquam, ut heic, ita etiam superiore loco, *no puede* scripserit, non equidem admodum restitero. Nam id quantum quantum Thomæ, Augustini (1), immo vero Sacrarum Scripturarum erit. Quid? *Obvius*

L 2 ne

(1) S. Tho. *lect.* 4. *in cap.* 9. *Epist. ad Rom.* & 1. 2. *quæst.* 112. *art.* 3. *in c.* quo loco. „ Potest præparatio, *inquit*, du„ pliciter considerari, uno quidem modo, secundum quod „ est a libero arbitrio, & secundum hoc nullam necessita„ tem habet ad gratiæ consequutionem, quia donum gra„ tiæ excedit omnem præparationem virtutis humanæ. Alio
modo

ne Thomæ, Augustini, Sacrarumque Litterarum sensus (1) feret, ut nulli *resistatur* (2), *resistive possit* gratiæ; indeque concludetur, Thomam, Augustinum, Mardochæum

„ modo potest considerari secundum quod est *a Deo movente*, „ & tunc habet necessitatem id quod ordinatur a Deo, non „ quidem coactionis, sed *infallibilitatis*, *quia intentio Dei* „ *deficere non potest*, secundum quod August. dicit *in lib. de* „ *Prædest. Sanctor.* quod per beneficia Dei *certissime liberan-* „ *tur* quicumque liberantur. Unde si ex intentione Dei mo- „ ventis est, quod homo, cujus cor movet, gratiam con- „ sequatur, *infallibiliter ipsam consequitur*, secundum illud „ Joh.6.*Omnis, qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me*„. En ut sit intelligendum, quod in 13. *Cap. Esther* legitur: *non est*, *qui possit resistere voluntati tuæ*, quem quidem libri ejusdem locum affert S. Thomas in indicata *lect.* 4. *in c. 9. Epist. ad Rom.* dum explicat textum Apostoli: *Voluntati ejus*, *quis resistit?* Vide *& I.P. qu.*19. *art.*8. *in c. & in Resp. ad* 2. Sed de hoc loco agam post opportunius. S.Thomæ præiverat S.Aug. *lib. de Corrept. & Grat.cap.*14. *n.*45. ubi „ Non „ est dubitandum,*inquit*,voluntati Dei,qui in cælo, & in terra „ omnia quæcumque voluit, fecit, *humanas voluntates non* „ *posse resistere*, *quominus faciat ipse*, *quod vult; quando-* „ *quidem etiam de ipsis hominum voluntatibus*, *quod vult*, „ *cum vult*, *facit* „. Confer ejusd. S. Doctoris lib.1. *contra duas Epist.Pelagianor. cap.*20. *n.*38. *Tom.*10. *& Epist.CXCIV. ad Sixtum n.*29. *&* 40. *Tom.*2.

(1) Esther *cap.*13. *v.*9. „ In ditione tua (Deus) cuncta „ sunt posita, & non est, qui tuæ possit resistere voluntati „. Vide *& cap.* 14. *v.*13. *& Job.cap.*41. *v.*1. Adeundus Lemosius *Panopl. lib.*4.*Par.*2. *Tract.*4. *cap.*15. *pag.*134. *& pag.*136. *cap.*23. *pag.* 156. *seq.* cui præiverat S. Gregorius Magnus *lib.* 33. *Moral.in Job.cap.*21.*n.*38. *pag.*1100.

(2) Sic enim Accusator adnotat: „ Secunda Jansenii pro- „ positio dicit solummodo: *interiori gratiæ numquam resi-* „ *stitur*. *Hic* (Palafoxius) *ulterius progreditur*, *& addit*, „ *ne quidem resisti posse* „. Calumniatur Sycophanta. Non enim usquam Palafoxius dixit, numquam resisti posse inte-

chæum, Jobum Janſenio præiviſſe; ideoque exterminandos e cælis eſſe, atque damnandos edicto Accuſatoris, ut æternum ſint expertes *partis ſortis Sanctorum in lumine*? Non audebit hoc dicere Veterator, ne ſibilis, convicioque populi Chriſtiani conſciſſus, pœnas det impudentiæ, & improbitatis ſuæ. Quid dicet igitur? Dicet, I. Thomam, & Auguſtinum ſuam ſæpe explicaſſe ſententiam. II. Ex ſacris Bibliis plane perſpici, neque de omni gratia intelligi oportere τὸ *non reſiſtere*; neque id ſecum ferre *impoſſibilitatem*, ut ajunt, *abſolutam* reſiſtendi, ſed *noluntatem* liberam quidem certe (ita volente Omnipotenti Deo, atque efficaciſſima voluntate ſua operante) ac proinde firmam, eoque, virtute Divinæ gratiæ, invictam, quod a nulla re umquam ipſa ſe ſuperari ſinat. Atenim ſi τὸ *non poſſe*, ita ut Accuſator a Thoma, ab Auguſtino, ab Jobo fuiſſe uſurpatum ſtatuet, Palafoxius uſurpaſſet, cur ſi commendandi illi ſunt, non erit item hujus commendanda, ſed vituperanda ratio? Annon eſt ſupra demonſtratum (1), Palafoxii quidem ſententia, reſiſti ſæpe a mortalibus

 au-

teriori gratiæ, aut *interiori gratiæ numquam reſiſti*; immo ſæpe ab homine gratiæ interiori reſiſti teſtatus eſt, ut mox oſtendam. Addidit, a *nemine reſiſti poſſe Deo*, ſeu voluntati Dei, quod eſt Patrum, & Scripturæ Sacræ.

(1) Vide hujuſce noſtræ Epiſtolæ §. XXV. *pag.* 58. *ſeq.*

auxiliis quibusdam gratiæ interioris? Annon etiam, post ea verba, quibus Veterator abutitur, addita hæc mox fuerunt a Palafoxio?

„ No porque entonces me quitais la libertad, sino porque „ essa eterna, é incomprensible „ sabiduría lo dispone de manera, que haceis, que siga voluntaria, y gustosamente mi „ remedio „. (1)

Non quod tunc mihi auferas libertatem, sed quia tua ista incomprehensibilis sapientia id ita disponit, ut voluntarie, & suaviter amplecti me facias remedium meum.

Præteriit hæc, suo more, tacitus Accusator; ne sese talem, qualis est revera, sycophantam proderet. Verum si bona is agere posset fide, cum intelligat, Palafoxio prædicatore, ac teste, *non tolli* virtute gratiæ *libertatem* homini, sed ita hunc ab ea disponi,

(1) Est hic integer Palafoxii latine redditus locus: „ Habes, Domine, in cogitationes meas, & in meam voluntatem jus quoddam, quoddam dominium, tamque „ magnum imperium, & potestatem, ut non debeat ipsa „ tibi resistere; & si vis, non ferat; *non quod tunc ei adimas libertatem*, sed quod æterna ista, & incomprehensibilis Sapientia id ita disponat, ut voluntarie, & suaviter amplecti me facias remedium meum „. Non ita Guillelmus le Roi. Sic enim is habet §. XII. „ Seigneur vous „ avez sur mes pensées, & sur ma volonté un droit, & une „ autorité, qui ne peuvent recevoir des bornes, qui ne se „ peuvent communiquer à personne, & que toutes les puissances de l'enfer, & toutes les rebellions de la nature ne „ sauroient jamais ni suspendre, ni diminuer. Vous en „ pouvez disposer, comme il vous plaît, quand il vous plaît, „ & autant, qu'il vous plaît „. Nulla hic libertatis mentio. At meminit Palafoxius, ne quis ab se quidquam libero arbitrio detractum fuisse calumniaretur.

poni, ut suaviter, *voluntarieque*, hoc est (ut ipse Palafoxius se proxime explicarat) *libere* operetur; qua demum fronte arguere eum idem Accusator auderet, ac si mortalibus repugnandi potestas omnis ab eo esset adempta, atque inlata gratiæ parendi necessitas?

LXIII. At animadverti Accusator jubet, adjunxisse continuo Palafoxium:

Injuria Accusator reprehēdit Palafoxiū cupientem triumphari a divina gratia. Ac Palafoxiū quidem ille reprehendens, Patres, Ecclesiā, Scripturas reprehendit.

„ Y que libre, aunque cautivo, „ vive triunfado de vuestra Di- „ vina gracia, rescatado de la „ culpa, y esto es porque pue- „ de mas vuestra bondad, que „ mi maldad.	*Et ut liber, etsi captivus, vivam triumphatus a tua divina gratia, redemptus a culpa; & id eo fit, quod plus possit tua bonitas, quam malitia mea.*

Sed ecquid in hisce verbis est vitii, quamobrem Vir Ven. sit reprehendendus? An plus hominis malitiam posse, sacrilego, blasphemoque ore Veterator dicet, quam omnipotens bonitas Divina possit? Augustinum ergo coarguat ajentem: *magis Deum habere in potestate voluntates hominum, quam ipsi habeant suas* (1). Coarguat Ecclesiam orantem, ut *ad se Deus nostras etiam rebelles compellat propitius voluntates* (2). Coar-

 guat

(1) De Correptione, & Gratia *cap.* 14. *num.*45. Vide Lemosium Thomisticæ Scholæ vindicem *l.*4. *Panopl.P.*2.*Tract.* 4. *cap.*26. *pag.*177. *seq.*

(2) In orat. *secret. ante Præfat. Missæ Dominicæ IV. post Pentecosten.*

guat Spiritum sanctum, qui Paulum induxit, ut scriberet: ,, *Non est volentis*, *neque* ,, *currentis*, *sed miserentis Dei* (1) ,, : qui apud Salomonem in *Proverbiis* (2),, Cor Re-- ,, gis (atque adeo cujusque etiam hominis) ,, in *manu Domini* sic esse, *ostenderit*, ut *quo-* ,, *cumque voluerit*, *inclinet illud* ,, : & Estheri, manifestarit, *cor leonis*, hoc est Regis feri *converti in mansuetudinem* potuisse ab omnipotenti bonitate Dei (3). At hoc se velle Accusator negabit. Eloquatur ergo, quid velit sibi? Volo, inquiet, ut omnes intelligant, *hanc* Palafoxii *propositionem totum systema Jansenii de victrici, & irresistibili delectatione continere*. 1. *Divinæ gratiæ rem ita disponit, ut voluntas voluntarie, & suaviter oblatum sibi remedium amplectatur.* 2. *Divina gratia id operatur vincendo voluntatem, de illa triumphando, illamque captivando*. 3. *Nullam coactionem infert voluntati*. *Voluntas enim voluntarie, suaviter, cum gustu sequitur Divinæ gratiæ operationem, & motum*. O hominem impudentem, effrænique

(1) *Epist. ad Rom. cap.9. v.16. seqq.* (2) *Cap.21. v.1.*

(3) *Esther. c.14. v.13.* ,, Tribue sermonem compositum in ,, ore meo in conspectu *Leonis*, *& transfer cor illius* in odium ,, hostis nostri ,,. *v.19.* ,,Deus fortis super omnes exaudi &c.,, & cap. 13. v. 9. Mardochæus orat: ,, Domine Rex omnipo- ,, tens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui ,, possit tuæ resistere voluntati, si decreveris salvare Israel ,,.

que audacia, & temeritate perditum, qui Berruyerianiſmum rurſum inlaturus, Scholæ Thomiſticæ, hoc eſt Auguſtini, & Thomæ, immo Pauli Apoſtoli de gratia doctrinam cum Janſeniana miſcere audeat!

LXIV. Nam quod ad 1. attinet, ecquis Thomiſtarum? Thomiſtarum autem? Immo vero ecquis e cœtu quovis orthodoxorum eſt, qui non fateatur, diſponi divinitus ad ſalutem hominis voluntatem ita, ut is *voluntarie*, *& ſuaviter ſuum remedium amplectatur?* S. Thomas III. *lib. contra Gentes cap.* CXLVIII. „ Dicitur, *inquit*, *Iſaiæ* 26. „ *omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine*. Cauſa autem prima cauſſat operationem cauſſæ ſecundæ, *ſecundum modum* „ *ipſius*. Ergo & Deus *cauſſat* in nobis *opera ſecundum modum noſtrum*, *qui eſt*, *ut* „ *voluntarie*, *& non coacte agamus* „. Et in *cap.* IX. *Epiſt. ad Romanos Lectione* III. „ Dicitur *Iſaiæ* XXVI. *Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine*. Sic igitur ipſe „ *uſus gratiæ* eſt a Deo. Nec propter hoc „ ſuperfluit habitus gratiæ, ſicut nec ſuperfluunt formæ naturales, quamvis Deus „ in omnibus operetur. Quia ſicut dicitur „ *Sapientiæ VIII. Ipſe diſponit omnia ſuaviter*; quia ſcilicet per ſuas formas omnia

Suaviter operatur gratia ſua efficaci Deus, ut homo voluntarie agat.

„ nia inclinantur *quasi sponte in id, ad quod* „ *ordinantur a Deo* „. Similia sunt horum, quæ idem persequitur *Primæ Secundæ Quæst. CIX. Artic. VI.* (1) Sanctus Augustinus *libro IV. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 6.* (2) „ Si sic intelligerent (Pelagiani), quod di-

(1) Vide Sancti ejusdem Doctoris 1. *P. Q. XIX. Articulum VIII. Et* 1. 2. *q. CXII. Articul. II.* & Lemosii Scholæ Thomisticæ Vindicis *Panopliæ librum IV. P. II. Tract. IV. Cap. XXXIII. pag.* 156. *sqq.* S. Thomæ præiverat S. Gregorius Magnus, qui *lib. X. Moralium in Job. Cap. VI. n. VI. pag.* 339. *Tom. I. opp.* „ Publica, *inquit*, sapientiæ supernæ sunt „ opera, cum Omnipotens Deus regit, quos creat, PER- „ FICIT BONA, QUÆ INCHOAT, & aspirando adju- „ vat, quos visitationis suæ lumine illustrat. Cunctis ete- „ nim liquet, quia quos gratis condidit, BENIGNE DI- „ SPONIT, & cum spiritalia bona largitur, ipse PERFI- „ CIT, quod ipse ex munere suæ benignitatis inchoavit „. S. Bernardus *lib. de Gratia, & libero Arbitrio Cap. X.* „ Por- „ ro, *inquit*, illa sapientia attingit a fine usque ad finem „ fortiter, & disponit omnia SUAVITER. Attingit au- „ tem fortiter non quidem mobili discursione, vel locali „ diffusione, vel subjectæ creaturæ; sed substantiali qua- „ dam, & ubique præsenti fortitudine, qua utique UNI- „ VERSA POTENTISSIME MOVET, ordinat, ad- „ ministrat. Nec enim aliqua in his laborat difficultate, „ sed DISPONIT OMNIA SUAVITER PLACIDA „ VOLUNTATE &c. „ Cap. sq. ostendit, quemadmodum sub gratia agat liberum arbitrium, quod quidem caput consuli vellem.

(2) Et *Cap. XX. num.* 38. *Tom. X.* „ Ut quid, *inquit*, in „ ista oratione (*Esther*) dicit Deo, si non operatur Deus „ in cordibus hominum *voluntatem*? . . . Videamus, utrum „ inaniter præmissus fuerit orantis affectus, & consequu- „ tus non fuerit exaudientis effectus. Ne multa dicamus ... „ *Et convertit, & transtulit Deus indignationem* (*Regis*) *in leni-*

„ dictum est, *si volueritis, & audieritis me*
„ *&c.* (*Isaiæ cap.* 1. *v.* 19. *&* 20.) ut etiam
„ ipsam *bonam voluntatem illum* (Deum)
„ *præparare* confiterentur, de quo scriptum
„ est (*Prov. VIII.*) *præparatur voluntas a*
„ *Domino*; tamquam Catholici uterentur
„ hoc testimonio, & non solum hæresim
„ veterem Manichæorum vincerent; sed
„ novam Pelagianorum non conderent.
„ Quid eis prodest, quod in laude ipsius
„ liberi arbitrii, *gratiam dicunt adjuvare u-*
„ *niuscujusque bonum propositum?* Quomo-
„ do enim est hominis bonum propositum
„ sine miserante prius Domino, cum ipsa
„ sit *bona voluntas*, quæ *præparatur a Domi-*
„ *no*? Quod autem cum dixissent, mox
„ addiderunt: *non tamen reluctanti studium*
„ *virtutis immittere*. Reluctanti enim prius
„ auditus Divinæ vocationis ipsa Dei gra-
„ tia procuratur, ac deinde in illo jam *non*
„ *reluctante studium virtutis accenditur*. Ve-
rum-

„ *lenitatem*. Jam sequentia commemorare quid opus est,
„ ubi Deum complevisse, quod illa rogaverat, Divina Scri-
„ ptura testatur, operando in Corde Regis, quid aliud, quam
„ voluntatem, qua jussit, & factum est, quod ab eo Re-
„ gina poposcerat? Quam Deus jam ut fieret, exaudierat,
„ qui cor Regis, antequam mulieris sermonem poscentis
„ audisset, *occultissima, & efficacissima potestate convertit a*
„ *voluntate lædendi, ad voluntatem favendi*, secundum illud
„ Apostoli: *Deus operatur in nobis velle* „.

„ rumtamen in omnibus, quæ quisque agit
„ secundum Deum, misericordia ejus præ-
„ venit eum. Quod isti nolunt, quia non
„ esse Catholici, sed Pelagiani volunt...
„ Ita namque illis tumor ipse aures cor-
„ dis obstruxit, ut non audiant, *quid ha-*
„ *bes, quod non accepisti:* Non audiant,
„ *sine me nihil potestis facere...* Non au-
„ diant, quod per Hieremiam dicit Do-
„ minus, *& timorem meum dabo in cor eo-*
„ *rum, ut a me non recedant, & visita-*
„ *bo eos, ut bonos eos faciam*: Maximeque
„ illud per Ezechielem Prophetam: *Et*
„ *dabo vobis cor novum, & spiritum no-*
„ *vum dabo in vobis, & auferetur cor lapi-*
„ *deum de carne vestra, & dabo vobis cor*
„ *carneum, & spiritum meum dabo in vo-*
„ *bis, & faciam, ut in justificationibus meis*
„ *ambuletis, & judicia mea observetis, &*
„ *faciatis...* Quid remansit pelli mortici-
„ næ, unde possit inflari; & dedignetur,
„ quando gloriatur, in Domino gloriari?...
„ Nihil sic evertit hominum præsumptio-
„ nem dicentium, nos facimus, ut me-
„ reamur, cum quibus faciat Deus...
„ Nondum auditis, *faciam, ut ambuletis*;
„ *faciam, ut observetis*, postremo, *faciam,*
„ *ut faciatis?* Quid adhuc vos inflatis? Nos
qui-

„ quidem *ambulamus*, verum eſt: *nos ob-*
„ *ſervamus*, *nos facimus*; ſed ille *facit*, ut
„ *ambulemus*, ut *obſervemus*, ut *faciamus* „.
Accedit Synodi Arauſicanæ II. auctoritas, quæ ex Auguſtini ſententiis, jubente Apoſtolica Sede, Canonem XXIII. ſuum conſtituit, in quo eſt hoc modo: „ Quando ho-
„ mines faciunt, quod volunt, ut Divi-
„ næ ſerviant voluntati, quamvis *volentes*
„ (hoc eſt *voluntarie*) agant, illius tamen
„ *voluntas* eſt, a quo præparatur, & ju-
„ betur, quod volunt.

LXV. Satis multa de primo, venio ad alterum. Ecquid autem Janſeniani eſt dicere, *captivari*, hoc eſt *ſervum* fieri *Dei* hominem Divinæ Gratiæ efficacitate? Nam *captivum Dei*, & *Dei ſervum* conſtitui ſynonyma ſunt, ut ex Thoma (1), ex Auguſtino (2), ex Paulo intelligitur. Quod ſi di-

Quid Palafoxius voluerit, cum ſcripſit, captivari hominem divina gratia efficaci.

(1) S. Tho. *lect.4. in cap.9. Epiſt. ad Rom.* „ Sicut in ſtatu „ peccati eſt aliquis *ſervus* peccati, cui obedit; ita & in „ ſtatu juſtitiæ eſt aliquis *Servus Dei voluntarie obediens*, & „ hoc eſt, quod ſubdit Apoſtolus, *Servi autem facti Deo* „. *Lect.4. in cap.7. ejuſd. Epiſt.* In *ſervitutem* redigere, & *captivare* eodem pertinere ſignificat. Et lect. 4. in cap. 2. Epiſt. ad Corinth. de *captivis* diaboli differens, rationemque afferens, cur captivi teneantur, *quia*, inquit, *qui facit peccatum*, *ſervus eſt peccati*.

(2) S. Aug. *Enarr. in Pſ. 95. n. 5. Tom. 4.* „ *Tenebantur*, inquit, *homi-*

dicendum non esset, *captivum*, vel *servum* (1) gratiæ quemquam constitui, quasi libertas consistere nequeat, hoc posito nomine *captivitatis*, actum profecto de peccatoris arbitrio libero esset, quem Thomas (2), quem Augustinus (3) quem Patres ceteri (4), quem Paulus *captivum* appellant *legis peccati*,

„ *homines captivi sub diabolo*, & *dæmonibus serviebant* „. Et *serm.*117. *num.*2. & 3. *Tom.*5. & *serm.*279. *n.*2. ubi de Paulo agens. „ Lupo, *inquit*, sævitia interdicitur, lupus ad ovem „ *captivus* adducitur „. Et *serm.*163. *n.*12. *Tom.*5. & *Tract.* 41. *in Joh. n.*10. *Tom.*3. *P.*2. Vetus Auctor *Serm.* qui est 289. *in Append. Tom.*5. *Op.S.Aug. n.* 8. „ Vere, *inquit*, nimis gra- „ ve malum est, ut vir fortis, qui . . . esse *captivus*, vel „ servus hominibus dedignatur, *servus* esse peccati merea- „ tur, cum indignius sit mente servire, quam corpore „. Locum Apostoli affert S. Thomas, ut vidimus.

(1) Vide S.Aug. *Tract.*85. *in Joh. n.*3. *P.*2. *Tom.*3.

(2) S. Tho. *in cap.*7. *Epist. ad Rom. lect.* 4. ad ea Apostoli verba, *captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis*. „ *Captivantem me*, inquit, *vel captivum me ducentem* „ (secundum aliam litteram) *in lege peccati, quæ est in membris meis*, idest in me ipso. Lex autem peccati *captivat* „ hominem dupliciter, uno modo *hominem peccatorem per* „ *consensum*, & *operationem*; alio modo hominem sub gra- „ tia constitutum, quantum ad concupiscentiæ motum „.

(3) *Lib.* 4. *contra duas Epist. Pelagianor. cap.* 3. *Tom.* 10. „ Non potest *captiva* voluntas, nisi Dei gratia respirare in „ salubrem libertatem „. Vide & *Epist.*217. *ad Vitalem al.* 107. *n.* 8. *seq. Tom.*2. Mitto cetera loca, ne longus sim.

(4) S.Greg.Magnus *lib.*18. *Moral. cap.XL. n.*63. *To.*1. *p.*585. „ Unde quilibet iste redemptus est, si prius non fuit sub cul- „ pa *captivus*? ...Hominis quippe meritum superna gratia, „ non ut veniat, invenit; sed postquam venerit, facit: „ atque ad indignam mentem veniens Deus, dignam sibi „ exhibet veniendo, & facit in ea meritum, quod remune- „ ret, qui hoc solum invenerat, quod puniret „.

cati, *& diaboli*. Sin autem, qui *captivus* peccati, & diaboli eſt, idem & gaudet revera, & recte dicitur gaudere arbitrii libertate; quid impediet, quin *captivus*, qui dicitur, ſeu *ſervus* gratiæ, is quoque arbitrii libertate præſtet, ac propterea agnoſci debeat, atque prædicari *liber*, ut eum *liberum* & agnoſci vidimus, & prædicari a Palafoxio?

Rurſum de triumphante gratia agitur.

LXVI. Nihil de *triumphato* dicam, cujus Vir idem Ven. meminit, cujuſque commemoratio tam eſt moleſta, atque odioſa Accuſatori. Quamquam ſi ſuperat, vincitque gratia, ut Paulum, ut Latronem, ut Mulierem peccatricem laudatam in Evangelio ſuperavit; cur ipſa gratia non dicetur *triumphos* agere? Niſi forte Accuſator velit, majores noſtros facem Janſenio prætuliſſe, ut qui tot ſæculis *in hymno Veſperarum Adſumptionis* celebrare *triumphum gratiæ* conſueverint; Janſenianiſque Pontifices Maximos conſentire putet, qui cani eumdem hymnum quotannis Romæ patiantur in Sancti Petri Baſilica.

Ac de victrici; deque voluntate Dei, cui, ut eſt in Scripturis, nemo reſiſtit. Auguſtino hac item in re Palafoxius conſentit.

LXVII. At *triumphatam* (1) Palafoxius optat hominis voluntatem *irreſiſtibili*, & *victri-*

(1) Annon triumphantis eſt gratiæ, quod ſcribit Proſper in carmine de Ingratis v.330.

Nam-

ctrici delectatione, quod est omnino Janse-nianum. Jam *irresistibilis delectationis* Vir Ven. nusquam meminit; *victricis* autem gratiæ, etsi alibi aliquando meminit, in hoc tamen extremo, qui objicitur ab Accusatore, loco non meminit. Quare nullus heic esse poterit huic accusationi locus. Sed video, quam rem Triglyphus Veterator agat. Loquendi formulas *de indeclinabili*, *&* *insuperabili*, *&* *infallibiliter* operante gratia, quibus commendandæ efficacis gratiæ caussa, usi Augustinus, & Thomas fuerunt, eas, inquam, formulas Veterator indigne patitur. Itaque occasiones earum in invidiam vocandarum captat; idque simulat, se, quod Palafoxius non dixit, in Palafoxio uti Jansenianum vexare, quod vexare in Augustino, & Thoma, qui certe dixerunt, non audet. Metuit enim a Pontificibus Maximis, qui

„ Namque ut nunc sævas gentes, & barbara regna
„ Ignoti prius, aut spreti nova *gratia* Christi
„ *Adtrahit*, & terra templum sibi condit in omni;
„ Sic prius immites populos, urbesque rebelles
„ *Vincente* obstantes animos *pietate subegit*,
„ Non hoc consilio tantum, hortatuque benigno
„ Suadens, atque docens, quasi normam legis haberet
„ *Gratia*, *sed mutans intus mentem*, *atque reformans*„.
Ecquis autem existimet, ademptam a Prospero fuisse homini libertatem? Quo igitur ore dicetur adempta a Palafoxio, qui pro ea, ut vidimus, tam explicate, tamque egregie pugnat?

qui horum duorum Doctorum de Gratia præsertim, & Prædestinatione dogmata *tutissima*, atque *inconcussa* esse pronunciarunt. Atque Augustini eas esse phrases, quas heic sycophanta in Antistite nostro, ceu Jansenianas, carpit; cum ex aliis permultis sancti ejusdem Doctoris locis, tum maxime perspicitur ex ejus *de Correptione*, *&* *Gratia* singulari Libro. Nam *in* XII. *hujus capite* (1)
„ Subventum est, *inquit*, infirmitati vo-
„ luntatis humanæ, ut divina gratia *inde-*
„ *clinabiliter*, & *insuperabiliter* ageretur,
„ & ideo quamvis infirma, non tamen de-
„ ficeret, neque adversitate aliqua vince-
„ retur .... Infirmis Deus servavit, ut ipso
„ donante, *invictissime*, quod bonum est,
„ vellent, & hoc deserere *invictissime* nol-
„ lent „. Idem victricem delectationem appellat eam, quæ ex gratia oritur, *lib.* II. *de Peccatorum meritis*, *&* *remissione* (2), ad-

M

(1) Num.38. Tom. X.

(2) *Cap.*18. *num.*32. *Tom. X.* Alexander Alensis S. Bonaventuræ Magister *in* III. *P. summæ suæ Theologicæ*, *Quæst.* *LXI. Membro I. pag.* 250. „ I. *ad Corinth. Cap.XV.* (*inquit*)
„ cum dixisset Apostolus : *virtus peccati lex*, continuo sub-
„ jecit : *gratias autem Domino*, *qui dat nobis* VICTORIAM
„ *per Dominum nostrum Jesum Christum*. Ergo & VICTO-
„ RIA, qua PECCATUM VINCITUR, nihil est A-
„ LIUD, QUAM DONUM DEI in isto certamine adju-
„ vantis liberum arbitrium „. Affert deinceps pleraque Scriptu-

additque: „ Cujus gratia vincitur (*humana* „ *superbia*) ... nisi illius, cui dicitur: con- „ verte nos Deus sanitatum nostrarum(1)„? Non defuere tunc item Veteratores nostro huic Berruyeriano similes, qui sic propterea sanctum Episcopum Hipponensem Manichæismi arguerent, ut hic modo arguit Jansenismi Venerabilem Episcopum Oxomensem. Verum illi ab Augustino ipso, atque ab Ecclesia Catholica universa convicti calumniæ, damnatique erroris fuerunt, ut qui *liberum arbitrium* male *defendendo præcipitarent*; cum *de illo potius ad faciendam justitiam, quam de Domini adjutorio confiderent*: qua ex re erat consequens, *ut in se quisque, non in Domino gloriaretur* (2). Qua-

pturarum, & Patrum loca, quæ ad virtutem gratiæ, efficacitatemque demonstrandam conferunt; tum *pag. ead.* versa: „ Dicendum ergo, *inquit*, juxta allegatas Sanctorum au- „ ctoritates, QUOD LIBERI ARBITRII CONATUS „ AD BONUM OTIOSI SUNT, si a GRATIA NON „ ADJUVANTUR: NULLI SI A GRATIA NON „ EXCITANTUR: & ideo liberum arbitrium non pro- „ ficit in bonum declinando malum, & faciendo bonum, „ nisi VIRTUTE GRATIÆ, & ITA SINE GRATIA „ NON POTEST OPERARI BONUM, & RELIN- „ QUERE MALUM „.

(1) *Cap.* 19. *num.* 33.

(2) Vide *lib.* 1. *contra duas Epistolas Pelag. cap.* 2. *num.* 4. *seq. Tom.X.* Confer & S.Prosperum *Carmine de Ingratis*, qui idem sibi a Semipelagianis objectum queritur v. 565.

„ Hic vanam insano profertis corde querelam,
„ Omne opus arbitrii sublatum vociferantes „ &c.

Quare ne dubitet Berruyerianus nebulo, Pelagianis, quorum facta imitetur, (1) exitu se tandem parem futurum. Redeo ad Augustinum. Is cum in suis operibus tam præclare de Gratia, deque Prædestinatione dixerit, ut ejus hoc præsertim in genere doctrinam Pontifices Maximi quovis tempore publicis monumentis commendarint; (2) tum hoc etiam, atque etiam animadverti voluit. „ Istam quæstionem, ubi de arbi-
„ trio voluntatis, & Dei gratia disputatur,
„ ita esse ad discernendum difficilem, ut,
„ quando defenditur liberum arbitrium, ne-
„ gari Dei gratia videatur; quando autem
„ asseritur Dei gratia, liberum arbitrium
„ putetur auferri „ (3). Nam certum, quidem esse, ut Divina fert Scriptura, atque Traditio, *non esse volentis, neque curren-*

(1) Prosper ibid. v. 571.
„ Numquid non eadem sapiunt, eademque perorant
„ Vestri illi, quorum ructatis verba, magistri?
„ Sed quia consimili cognata superbia quæstu
„ Prosilit, & vobis nunc respondetur, & illis „.

(2) S. Cælestinus P. M. Epist. 21. ad Episcopos Galliarum *cap. 2. n. 3. Tom. I. Epistolar. Romanor. Pontif. Edit. Paris. an.* 1721. *pag.* 1188. Sed omnia Pontificum Maximorum testimonia persequi non vacat, quorum pars magna refertur in lectionibus *II. Nocturni diei Octav. S. Augustini in Breviar. Ord. Præd.*

(3) Lib. de Grat. Christi cap. 47. n. 52. Tom. X. & lib. 4. contra Julian. cap. 8. n. 47. pluribusque aliis in locis, quæ vel indicare longum esset.

rentis, *sed miserentis Dei:* non esse hominis, uti se *discernat*, sed Dei; auferri gratia sæpe a Deo *cor hominis lapideum*; *darique* homini eidem *cor carneum* (1) *&c.* Certum item esse, hominem sub potenti manu Dei *discernentis*, *dantis velle*, *mutantis cor &c. libere*, immo liberius operari, non necessitate (2). Hæc cum certa, indubiaque sint, tum inter sese componi (3). Componi autem ab Omnipotenti Deo miris, ineffabilibusque modis (4). Jam vero hosce mo-

(1) Lib.4. contra duas Epist. Pelagianor. cap.6. n. 13. seq. Tom. eod. X.

(2) Lib. 1. contra duas Epist. Pelagianor. cap.2. & lib. 4. cap.6. n. 15. & lib. 1. de Peccator. meritis, & remiss. cap. 18. n.28.& lib. de Natura, & Grat. c.32. n.37. Sexcentisque aliis iu locis, quæ si Accusatores volent, proferam.

(3) Egregie Lemosius *Panopl. lib.*4. *P.*2. *Tract.* 4. *cap.* 16. „ Sicut certum est de fide, inesse homini liberum arbitrium; „ sic etiam certissimum ex fide est, nihil boni ab homine fieri, nisi a Deo summo bono ei detur, qui omnipotenti sua „ virtute libere quæcumque vult, facit, unde & bonus usus „ liberi arbitrii, quem homo habet, a Deo ipsi tribuitur „ per suam potentem, & efficacem gratiam. Quod si humana ratio modum hujus concordiæ plane, ac perfecte „ capere minus potest, non idcirco negandum est, quod ita „ esse compertum est, ut S.August. lib. de Dono Perseverantiæ cap.14. docet, cujus & verba sunt: *Numquid propterea dicturi sumus, quod ita esse perspicimus, non ita „ esse, quoniam, cur ita sit, non possumus invenire? Numquid ideo negandum est, quod apertum est, quia comprehendi non potest, quod occultum est* „? Vide Lemos. ibid. c.20. pag.147.

(4) S. Aug. *lib.*1. *Contra duas Epist. Pelagianor. cap.*19. *n.*37.

modos a Mortalibus, quorum mens est angustis finita limitibus posse, & vero debere credi; perspici autem clare, evolvique non posse. Quare mysteriorum hos loco haberi oportere.

LXVIII. Quam dicendi rationem hoc in genere omni Augustinus probaverat, eamdem est consectatus fidus illius discipulus, & interpres Thomas. Consulite, quæ is I. *P. quæst.* XIX. *Art.* VIII. & I. 2. *qu.* CXII. *Artic.* III. & III. contra Gentes *cap.* CXLIX. complexus est. His enim locis contenti eri- tis.

Consentit ita Palafoxius sancto Thomæ.

*n.*37. „ Quis trahitur, si jam volebat? Et tamen nemo venit, nisi velit. Trahitur ergo *miris modis*, ut velit, ab „ illo, qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari, „ non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, „ sed ut volentes ex nolentibus fiant „. De mysterio, vide, quæ S. Doctor scribit *ibid. lib.* 4. *cap.* 6. *n.*16. & *lib.*1. *Operis contra Julian. n.* 141. *pag.* 714. *seq. Tom. X.* Et *Enarrat. in* „ *Psal.*138. *n.* 31. *Tom.* 4. quo loco. „ Magna *Sacramenta*, „ inquit, Fratres. Quomodo nobiscum loquitur Spiritus „ Dei? Quomodo nobis facit in hac nocte delicias? Quid „ est hoc, rogamus vos Fratres, unde dulciora, *quo obscuriora*? Conficit nobis potionem *ad amorem suum*, *quibusdam modis miris* „. S. Prosper *Carm. de Ingratis* v. 757.

. . . . „ . . . . Audeat amens
„ Impietas tumido arbitrio subnectere caussas
„ Divinorum operum: nos cum manifesta videmus
„ Dona Dei, quorum est fons unus summa voluntas;
„ Cum Paulo tremuisse juvat, stupidumque modeste
„ Invictum ad solium Christi suspendere nutum,
„ Cujus judicium sic inscrutabile, & altum
„ Dicimus, ut verax prorsus fateamur, & æquum „.

Vide, & v.707. seq. quo loco, inquit:
„ Multa enim bene tecta latent, nescitaque prosunt „.

tis. Nam longum est iter ad omnia. Interea sic habetote: prospexisse Doctorem Angelicum, futuros deinceps, ut olim fuerant, aliquos, qui privari hisce doctrinis libertate humanum genus vociferarentur. Itaque ut horum temeritatem, impudentiamque comprimeret, monuit, efficacitate voluntatis Dei non solum fieri, ut ea fiant, quæ Deus vult fieri; *sed etiam ut eo fiant modo, quo ea Deus vult fieri*; adeo ut fiant libere, si ea fieri libere velit Deus. Velle autem Deum libere fieri, quæ fiunt ab homine, quod ita hominis natura poscat; resque moveat, determinetque Deus, ut earum natura postulat (1). Qua de re consului etiam Alexan-

(1) S.Tho. 1.P. quæst.19. art.8. in c. ubi: „ Hoc, *inquit*, „ contingit propter *efficaciam Divinæ voluntatis*. Cum enim „ aliqua caussa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur caussam, non tantum secundum id, quod fit, sed „ etiam secundum modum fiendi, vel essendi... Cum igitur *voluntas Divina* sit *efficacissima*, non solum sequitur, „ quod fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo „ fiant, quo Deus ea fieri vult. Vult autem quædam fieri Deus necessario, quædam contingenter, ut sit ordo in „ rebus ad complementum universi: & ideo in quibusdam „ effectibus aptavit caussas necessarias, quæ deficere non „ possunt, ex quibus effectus de necessitate proveniunt: „ quibusdam autem aptavit caussas contingentes defectibiles, „ ex quibus effectus contingenter eveniant. Non igitur „ propterea effectus voliti a Deo eveniunt contingenter, „ quia caussæ proximæ sunt contingentes; sed propterea „ quia Deus voluit eos contingenter evenire, contingentes caus-

lexandrum Alensem (1), & Scotum (2) volo, quorum est Thomisticæ plane concors sententia.

Quam inscite, inepteque Accusator disputet, Palafoxiū carpens ac si quidquam detraxerit libertati arbitrii.

LXIX. Atque ita quidem alteri argumento responsum esto, quod sycophanta ex verbis de *captivato*, *triumphatoque* homine opposuerat. Restat tertium, quod quis non videat, quam sit inane? Palafoxio teste, inquit, *gratia coactionem nullam infert voluntati*. Quis negat? Nempe hoc erit reliqui, ut Veterator inferri voluntati a gratia dicat coactionem. Recte sane Palafoxius. Expecto nunc quid inde sibi idem Vete-

„ caussas ad eos præparavit „. Et ad secundum. „ Ex hoc „ ipso quod nihil voluntati Divinæ resistit, sequitur, quod „ non solum fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quod fiant „ *contingenter*, vel necessario, quæ sic fieri vult „. Et lect. 3. *in cap. 9. Epist. ad Rom.* „ Deus omnia movet, sed diversimode, in quantum scilicet unumquodque movetur ab „ eo secundum modum *suæ naturæ*: & sic homo movetur „ a Deo ad volendum, & currendum per modum *liberæ vo*„ *luntatis*. Sic ergo velle, & currere est hominis ut libere „ agentis; non autem est hominis ut principaliter agentis, „ sed Dei „.

(1) I. P. Summæ Theologicæ Quæst. XI. *Membr. I. pag.* 100. *versa*, quo loco: „ In bonis actibus, *inquit*, voluntas „ nostra subjicitur Divinæ voluntati, ut efficiens SUB EF„ FICIENTE, secundum illud Isaiæ XXVI. *Omnia opera* „ *nostra operatus es in nobis Domine &c.* Confer & *Quæst. XXXV. Membr. II. pag. 92. sq.* Sed de Alensi vide, quæ copiose affert Lemosius Panopl. *T. III. P. I. Tract. II. Cap. XXIII. pag.* 149. *sqq.*

(2) In *I. Sententiar. Distinct. XLI. Quæstione unica pag.* 750. *sqq. Edit. Venetæ an.* 1680. *& II. Dist. XXXII. Quæst. II. pag.* 416. *sqq. & Quodlibeto XVI. ibid. pag.* 226. *sqq.*

rator velit. At ipſo, inquit, Palafoxio prædicatore: *voluntas voluntarie, ſuaviter, cum guſtu ſequitur Divinæ gratiæ operationem, ac motum*. Ohe, dubium ne eſt? Quid tum? An eſt hinc conſequens, voluntatem duci neceſſitate? Mirificum ſane dialecticum, qui id ex poſitis rebus exprimat, quod exprimi, ne vi quidem inlata, poſſit. Ex dogmate ne catholicæ Eccleſiæ, quo neminem ad bene operandum divinitus cogi docemur, efficere licebit, catholicos in eo errore verſari, ut neceſſitate agi homines ad bonum putent? Quid eſt hac concludendæ ſententiæ ratione perverſius? Atenim *irreſiſtibilem* poſuit Palafoxius gratiam. Equidem primum omnium, repetam, quod me alio item loco dixiſſe memini, negando rurſum, ſtatutum alicubi fuiſſe a Venerabili noſtro Præſule, *interiori gratiæ reſiſti numquam, vel reſiſti gratiæ interiori numquam poſſe*. Quin etiam ſic Vobis confirmo, Venerabilem eumdem Virum Thomiſtarum ſyſtemati catholico quidem certe aſſenſum, ultro conceſſiſſe, *reſiſti interiori*, non *efficaci* ſcilicet (alioquin eſſet hæc, & non eſſet *efficax*, quod pugnans eſt) non *efficaci*, dico, ſed *interiori* tamen, eidemque *ſufficienti* gratiæ, id quod non placet Janſenianis. Hoc ſi demonſtrem,

ſtrem, dubium erit omnino nullum, quin ſit rurſus Accuſator condemnandus calumniæ, ut qui veritus non ſit dicere, Palafoxium gravius erraſſe, quam errarit Janſenius. Adeſte dum jam, atque hunc Venerabilis Viri locum diligenter conſideratote.

§. XXI.

„ Aunque el niño ſe reſiſte á ſu „ caida, y ſe ayuda en quanto „ puede á ſi miſmo, pero yo pecador miſerable no ſolo no me „ ayudo, ni con eſtas flacas fuerzas; pero *reſiſto á vueſtros auxilios; cierro los ojos á vueſtras luces;* me *opongo á vueſtras* inſpiraciones; *y ſoi enemigo de mi vida* „.

Etſi puer reſiſtat, ne cadat, & renitatur, quantum poteſt, ut ſemet ſuſtineat, tamen ego peccator miſer non ſolum viribus hiſce debilibus meis non me ſuſtento, ſed reſiſto tuis auxiliis, claudo tuis lucibus oculos, me oppono tuis inſpirationibus, ſumque inimicus vitæ meæ.

Quidquam ne deſiderari ad inſtitutum aptius, evidentiuſque poterat? An auxilia, an inſpirationes Dei in externis, non in interioribus gratiis Accuſator ponet? Ecquid hoc fingi poteſt ineptius? Expendite modo, quæ Palafoxius idem ſcribit §. IX.

„ La fuerza de mi razon, y diſcurſo no es baſtante, ſi vos no „ dais las fuerzas a mi diſcurſo, „ y razon; porque *aunque vos me dais ſiempre lo que baſta*, es „ meneſter, que ayudeis, lo que „ me dais. Vueſtros ſon los penſamientos (1), que nos dais, por-

Vis rationis, & diſcurſus mei non ſufficit, niſi tu des vires diſcurſui, & rationi meæ, quia etſi tu des mihi ſemper, QUOD SUFFICIT, *oportet tamen, ut adjuves, quod das mihi. Tuæ ſunt cogitationes, quas das nobis, quia etſi poſſumus eas*

(1) S. Aug. Epiſt. 186. al. 105. ad Paulinum *cap.* 2. *num.* 5. T. 2. „ Cogitationem bonam quando haberet, niſi & ipſam „ illi in occulto Pater miſericordiarum inſpiraſſet „ ? Vide etiam Epiſt. 214. al. 46. num. 2.

„ porque aunque *tenemos el o-*
„ *brarlos, y penſarlos*, *nos dais*,
„ *que los penſemos*, *y obremos*, *vos*
„ *los produceis*, *los promoveis*, *los*
„ *aumentais*, *y perfecionais*, *y lo que*
„ *es mas* (Dios mio) *los defendeis*
„ *de mi miſmo*, *que los procuro* DES-
„ HACER, Y RESISTIR „.

eas operari, *& cogitare*, *tamen tu das nobis*, *ut eas operemur*, *& cogitemus*; *tu eas producis*, *tu promoves*, *tu auges*, *& perficis*, *& quod plus eſt* (mi Deus) *defendis a me ipſo*, *qui* EAS NULLAS REDDERE, EISQUE RESISTERE CURO.

Neget, ſi potis eſt, ſycophanta, *interiorem eſſe gratiam* eam actionem, qua Deus inſpirat nobis cogitationes bonas, quaque has ipſas cogitationes in nobis (1) operatur. Quod ſi negare non audet, ne carere videatur communi ſenſu; quo demum ore, etſi tam eſt audax, negare audebit, reſiſti, teſte Palafoxio, interdum actioni ejuſmodi, atque adeo reſiſti *gratiæ interiori*? Sin perſtat Veterator, utque fert ejus conſuetudo (modo Janſeniſmi reos agat, quos ſemel oderit) vera ne, an falſa prædicet, non laborat; quid erit reliqui, quam ut ſit condemnandus calumniæ? Atque id quidem de in-

(1) S. Auguſt. lib. de Grat. Chriſti cap. 24. n. 25. Tom. X. „ Legant, *inquit*, & intelligant [*Pelagiani*], intueantur, „ atque fateantur, non lege, atque doctrina inſonante foriſ„ rinſecus, ſed interna, & occulta, mirabili, & ineffabili „ poteſtate operari Deum in cordibus hominum non ſolum „ veras revelationes, ſed bonas etiam voluntates „. Quod ad cogitationes attinet, vide *lib. de Grat. Chriſti cap.* 13. *ſeq. n.* 14. *ſeq. pag.* 159. *ſeq. & lib. de Dono Perſeverantiæ cap.* 8. *n.* 20. *T. X.* Operari omnia opera in nobis Deum ſcribit, Iſaiam ſequutus, *S. Tho.* 3. *contra Gentes cap.* 89. *& c.* 148.

interiore gratia, cujusmodi est *sufficiens dans posse*, cui ex sententia Palafoxii, & resisti queat, & re sane ipsa resistatur, priore loco, uti promiseram, dictum esto.

LXX. Secundo autem loco, *victricis* gratiæ meminisse Palafoxium, assentior; *irresistibilis* vero, nullo modo prorsus assentior. Immo is, etsi non *resisti* re ipsa; *posse* tamen efficaci etiam gratiæ *resisti* animadvertit. Qua de re accipite novum, ingens, capitale fallaciæ, fraudisque Accusatoris argumentum. Extrema sunt *Paragraphorum* xxv. *&* xxvi. Epistolæ Palafoxianæ de Divinæ gratiæ efficacitate; iisque extremis inter jectum, ac veluti medium est, quod ad hominis potestatem eidem gratiæ resistendi, & ad libertatem arbitrii pertinet. In hæc cum Accusator Tristylus incidisset, quid designavit? Prætermisit medium, cujus se *premi magna mole sentiebat* (1), & quo emen-

Non meminit, Palafoxius irresistibilis gratiæ. Insigne fraudis sycophantæ argumentum.

(1) Simile quidpiam objicit Juliano veteri Pelagiano S. August. *l.* 1. *Op. Imperf. c.* 22. *pag.* 663. *To. X.* „Quod testimonium, „ *inquit S. Doct.* [Apostoli ad Rom. c. 5. v. 12. Per unum hominem &c.] prætermisit [Julianus] cujus se premi magna „ mole sentiebat... Quo *prætermisso*, cetera illa contexuit, „ quæ supra commemorata sunt. Novit enim, quemadmodum „ soleant, hæc verba, quæ *prætermisit*, accipere Catholi„ corum corda fidelium, quæ *verba tam recta*, *&* *tanta lu*„ *ce fulgentia tenebrosis*, *&* *tortuosis interpretationibus* novi „ hæretici *obscurare*, *&* *depravare moliuntur &c.* „.

emendari cognorat, quæ ſcripta minus caſtigate a Guillelmo le Roi fuerant in libello inſcripto *de la Priere &c.* Extrema autem protulit ſycophanta, quæ etſi nihil non ſani, nihil non Thomiſtici, nihil non conſoni firmiſſimæ catholicæ fidei regulæ, uno verbo, nihil non orthodoxi contineant; tamen *tenebroſis*, ut mos item Pelagianorum veterum ferebat, *tortuoſiſque interpretationibus obſcurare*, *ac depravare* conatus eſt, atque ita obſcurata rapere in pejorem partem. Attendite, quæſo vos, quo ſit progreſſa cæca Veteratoris, impudenſque temeritas. Paragraphi xxv. Epiſtolæ Palafoxii hæc ſunt extrema nobis objecta ab Accuſatore.

„ En quierendolo vueſtra caridad, ſe hace vueſtra nueſtra voluntad, y quando vueſtra miſericordia quiere remediar a nueſtra miſeria, como las tinieblas huyen de los rayos de la luz, aſſi la culpa, de vueſtra divina gracia, y con una poderoſa ſuavidad la ſacais de la ſervidumbre de eſtas paſiones, y vicios a gozar del dulce imperio de vueſtras inſpiraciones „.

Volendo ipſa tua caritas, fit tua noſtra voluntas; & quando tua miſericordia vult mederi noſtræ miſeriæ, quemadmodum tenebræ (1) *a luce radiorum aufugiunt, ita fugit culpa a tua gratia, & potenti quadam ſuavitate eruis eam* (voluntatem) *a ſervitute harum paſſionum, & vitiorum, ut gaudeat dulci regno tuarum inſpirationum.*

Hoc

(1) Vide Lib. de Correptione, & Gratia cap.12. num.35. Tom.X. & Lib. de Prædeſtinatione SS. cap.8. n.13.& Lib.2. contra duas Epiſtolas Pelagianor.cap.7.n.15. & cap.10.n.23.

At-

Hoc descripto Palafoxii loco adnotat Tripartitus nebulo „ Sensum esse: quemadmo-
„ dum tenebræ nec resistunt, nec resistere
„ possunt (1) radiis lucis, ita etiam voluntas

Atque in eo quidem cap.7. „ Non cum *solæ* essent *tenebræ*,
„ quod discerneret, invenit, sed *lucem* faciendo *discrevit*,
„ ut justificatis impiis dicatur, *fuistis aliquando tenebræ, nunc*
„ *autem lux in Domino*, ac sic qui gloriatur, non in seipso,
„ sed in Domino glorietur „, Palafoxius hoc *lucis* exemplo, verbisque *potentis suavitatis* &c. usus est, ut gratiam Dei, *efficaciter* moventem, certo, infallibiliterque effectum obtinere ostenderet. Atqui hoc illud est, quod Aug. & Tho. cumque iis Thomistica schola universa prædicat. S.Th.1.2. quæst.112. art.3. „ Intentio Dei, *inquit*, deficere non potest,
„ secundum quod Augustinus dicit in lib. de Præd. Sanctor.
„ quod per beneficia Dei certissime liberentur, quicumque
„ liberantur. Unde si ex intentione Dei moventis est, quod
„ homo, cujus cor movet, gratiam consequatur, infallibi-
„ liter ipsam consequitur secundum illud Joh.6. Omnis, qui
„ audivit a Patre, & didicit, venit ad me „. Quo autem id modo illæsa libertate fiat, ostendit S.Doctor 1.P.quæst.19. art.8. & 1.2. quæst.113. art.3.

(1) Hoc *nec resistere possunt*, non dicitur de gratia, etsi supra de voluntate Dei, ut Scriptura postulat, dictum fuerit a Palafoxio; immo idem gratiæ resisti posse dicit in medio illo loco, quem Sycophanta fraude prætermisit. Ceterum non impediri effectum efficacis gratiæ, sive huic effectui a nemine resisti, & agnoscit Palafoxius, & docet S. Aug. in Enchir. ad Laurent.c.96.n.24.p.170.T.6.quo loco. „ Hoc nisi credamus,
„ *inquit*, periclitatur ipsum nostræ confessionis initium, qua
„ nos in Deum Patrem Omnipotentem credere confitemur.
„ Neque enim ob aliud veraciter vocatur Omnipotens, nisi
„ quoniam, quidquid vult, potest: nec *voluntate cujus-*
„ *piam creaturæ voluntatis Omnipotentis impeditur effectus* „.
Et cap.102. pag.172. „ Omnipotentis voluntas semper in-
„ victa est. Deus igitur Omnipotens sive per misericordiam,
„ cujus vult, misereatur; sive per judicium, quem vult, ob-

„ tas humana non resistit gratiæ, nec potest etiam resistere. Ergo gratia est irresistibilis, & libertatem penitus destruit „. A Pelagianis item hæc calumniandi licentia (1). Sed ea verbis ipsis, quæ mox adduntur a Palafoxio comprimi facile, obterique potest. Qua de re paulo post videro. Nunc quæro ex sycophanta, ecquid repererit in proxime descripta sententia Palafoxii,

„ obduret, nec inique aliquid facit, nec nisi volens, quidquam facit, & omnia quæcumque vult, facit „. Et lib. de Corrept. & Grat. cap.14. n.43. ubi. „ Deo, *inquit*, volenti salvum facere, *nullum hominum resistit arbitrium*. „ Sic enim *velle*, seu nolle in volentis est potestate, *ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem* „. Quod si τὸ *nec potest resisti* heic Palafoxius usurpasset; cur aliorsum ejus verba accipienda essent, atque accipiantur, quæ eadem de re, ut §. 61. vidimus, dicta fuisse constat a Thoma, ab Augustino, a Mardochæo, a Jobo; rursumque a Thoma, velut §. nostro 66. ostendimus; cur, inquam, si Palafoxii ipsius tam esse præclara de libertate, deque potestate resistendi testimonia demonstraverimus, deincepsque demonstraturi simus, ut nihil supra optari posse videatur? Neque vero Augustinus modo, & Thomas, sed etiam S. Gregorius Palafoxio prælusit *Lib.9. Moral. in Job. cap.5.*

(1) Confer, quæ scribit S. Aug. in *Julianum lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianor. cap.1.n.4.& cap. 15. n. 29. & lib.2. cap.5. n.10. & cap.7. n.15. & cap.1. seq. n.4. quo loco*. „ Desinant, *inquit*, Pelagiani „ (dicam ego, desinat Berruyerianus nebulo) „ Catholicis objectare, quod non sunt, sed „ ipsi potius festinent emendare, quod sunt, nec ideo se velint habere amabiles, quia odioso Manichæorum „ (dicendum nunc esset, Jansenianorum) „ adversantur errori, sed „ merito se agnoscant odibiles, quia suum non aversantur „ errorem „. Vide *Act. Cleri Gallicani T.I. p.714. Ed. an.1716.*

foxii, quod non ſit ex Auguſtini, & Thomæ Schola? An ab iis quoque *deſtructam penitus libertatem* dicet? Jam inſtruxerant hanc Pelagiani Auguſtino calumniam, ut eum in Manichæiſmi crimen vocarent. Quare non miror fingi nunc ab Accuſatoribus eamdem in Palafoxium, ut eum inſimulent Janſeniſmi. Neque hos ego, ut deſinant, moneo, quemadmodum Auguſtinus Pelagianos monuerat. Tam enim ſibi iidem Accuſatores ob id genus criminandi placent, ut quidvis eos potius proſpiciam laturos, quam ut ab ſe, quo deſinant, impetrari ferant. Itaque pergamus.

LXXI. Extremum Paragraphi xxvi. Epiſtolæ Palafoxianæ, de quo item extremo dicere inſtitueram, eſt hujuſmodi:

Deſcribuntur, quæ extremo §. xxvi. comprehenſa fuerunt a Palafoxio.

„ Pero vos, Señor de mi alma, „ con una ineflable efficacia y „ ſuavidad poderoſa ſuſpendeis, y de-	*Sed tu, Domine animæ meæ, ineffabili* (1) *quadam efficacia, & potenti ſuavitate* (2) *ſuſ-*

(1) *S. Aug. l. de Grat. Chriſti c.* 24. *n.* 25. „ Fateantur, *inquit*, „ (Pelagiani) interna, & occulta mirabili, & INEFFABILI „ poteſtate operari Deum in cordibus hominum, non ſolum „ veras revelationes, ſed bonas etiam voluntates „. Confer & *cap.* 25. *n.* 26. & *lib.* 1. *contra duas Epiſt. Pelagianor. cap.* 19. *num.* 37.

(2) De efficaciſſima Dei poteſtate convertendi hominis ad lenitatem &c. *vid. S. Aug. lib.* 2. *contra duas Epiſt. Pelagianor. cap.* 20. *n.* 38. *T. X.* & *ſerm.* 132. *cap.* 2. *T.* 5. quaſi ſycophantam Palafoxii Accuſatorem refellens: „ ne arbitreris, *inquit*, iſtam

„ y deteneis, como quiereis, y „ quanto tiempo quiereis el mal „ uso, y exercicio de este lamen- „ table querer, que yo tengo „ contra vos; de esta facultad de „ trapasar vuestra ley, y que- „ brantarla, *y de resistir a vue- „ stras inspiraciones*, y con un „ dulce modo de cautivar, de „ disponer, de llamar, de man- „ dar, de sujetar, de guiar, d' „ enderezar, dirigir, de ablan- „ dar, de persuadir, de vencer „ con una fuerza sin fuerza, con „ una suavissima violencia sin „ violencia, haceis, quæ salga „ victoriosa de las culpas vue- „ stra gracia. El dia, que to- „ mais vos esse suave imperio en la

suspendis, ac detines (1) *ut vis, & quanto tempore vis* [2] *malum usum, & exercitium hujus lamentabilis, & miserabilis velle, quod ego contra te habeo; hujusce facultatis transgrediendæ, perrumpendæque legis tuæ: resistendi tuis inspirationibus* (en vobis novum argumentum potestatis resistendi interiori gratiæ; potestatis, inquam, admissæ a Palafoxio) *& dulci quodam modo captivandi, disponendi, vocandi, jubendi, subjiciendi, ducendi, dirigendi, blandiendi, persuadendi, vincendi vi quadam sine vi, sua-*

„ istam asperam, molestamque violentiam; dulcis est, suavis est &c. „ *Confer lib.* 1. *de diversis quæstionibus ad Simplician. n.* 21. *Tom.* 6. *& serm.* 153. *n.* 10. *T.* 5. *& in Ps.* 118. *serm.* 22. *n.* 7. *seq.*

(1) Vid. *S. Greg.* locum a nobis allatum §. 80. *hujus Epist.* Nisi enim detineretur exercitium, ususque malus τοῦ *velle* exerceret sese homo in malo, maleque suo *velle* uteretur. Itaque si retento usu, exercitioque malo, homo ad agendum bene induceretur a Deo, homo male agens, bene ageret, quod sane pugnat. Ac pugnat profecto, ut simul homo, operans efficaci gratia, ac propterea bene agens, male agat, utendo male potestate sua. Jam vero volenti Deo ad Christum trahere efficaciter, salvareque hominem, nullum hominis resistit arbitrium. *S. Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap.* 14. *n.* 43. Suspendit tunc ergo Deus, ac detinet malum liberi arbitrii usum.

(2) S. Aug. *Enchirid. cap.* 98. *T.* 6. „ Quis, *inquit*, tam „ impie desipiat, ut dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in „ bonum non posse convertere? Sed cum facit, per misericordiam facit, cum autem non facit, per judicium non facit „.

„ la mano, el dia, que vueſtra „ bondad ſe infunde en el inti- „ mo del alma, el dia, que „ vueſtra luz penetra nueſtras tinie-

ſuaviſſima quadam (1) *violentia ſine violentia, efficis, ut prodeat culparum victrix tua gratia. Die qua tu manu* N *tibi*

(1) Adludit Vir Ven. ad hunc Aug. e *ſerm.* 131. *al.* 2. *de Verb. Apoſt. cap.* 2. *pag.* 447. *Tom.* 5. locum. „ Invenimus Chriſtum dixiſſe: *nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum*. Non dixit, *duxerit*, ſed *traxerit*. Iſta *violentia* cordi fit, non carni. Quid ergo miraris? Crede, „ & venis: ama, & traheris. Ne arbitreris iſtam aſperam, moleſtamque *violentiam*: *dulcis eſt*, *ſuavis eſt*. „ Ipſa ſuavitas te trahit &c.„ Quid? libertati ne quidquam Auguſtinus detraxerit? Minime. Nam ſunt ejus illuſtria de arbitrii libertate loca. At ſunt etiam præclara eadem de re Palafoxii teſtimonia, ut ſupra eſt demonſtratum. De exhortatione autem, perſuaſioneque idem S. Auguſt. *lib. de Gratia Chriſti cap.* 10. *n.* 11. „ Nos eam gratiam volumus, iſte „ (Pelagianus Accuſator) aliquando fateatur, qua ... non „ ſolum ſuadetur, quod bonum eſt, ſed etiam perſuadetur „. De dulci modo captivandi, ſeu redigendi in liberam ſervitutem innumerabilibus prope in locis Auguſtinus diſſerit. In his eſt locus e *Tract.* 85. *in Evang. Joh. n.* 3. *pag.* 518. *Tom.* 3. *P.* 2. ubi „ Quoniam, *inquit*, dedit nobis poteſtatem filios „ Dei fieri, non ſervi, ſed filii ſumus, ut *miro* quodam, „ & *ineffabili*, ſed tamen *vero* modo, *ſervi* non *ſervi* eſſe poſſimus; *ſervi ſcilicet timore caſto*, ad quem pertinet ſervus intrans in gaudium Domini ſui. Ut autem tales *ſervi non ſervi* ſimus, *Dominum facere ſciamus* „. Confer *ſerm.* 145. *n.* 4. *ſeq. pag.* 486. *ſeq. T.* 5. & *lib.* 2. *de Peccator. Meritis, & Remiſſ. c.* 17. *n.* 26. *To. X.* & *lib. de Spiritu, & Littera c.* 3. *n.* 5. De *directione* multo plus dicit Auguſtinus *lib. de Perfectione juſtitiæ cap.* 11I. *n.* 5. „ Procul dubio, *inquit*, plus eſt *agi*, quam *regi*. „ Qui enim *regitur*, aliquid agit, & a Deo *regitur*, ut recte „ agat. Qui autem *agitur*, *agere* aliquid ipſe vix intelligitur; „ & tamen tantum præſtat voluntatibus noſtris gratia Salvatoris, ut non dubitet Apoſtolus dicere: *quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filii ſunt Dei*: nec aliud in nobis libera „ voluntas melius agere poteſt, quam ut illi ſe agendam „ commendet, qui male agere non poteſt „. Vide etiam *lib. de Grat. Chriſti c.* 24. *n.* 26. & *cap.* 45. *n.* 49. & *lib. de Geſtis Pelagii cap.* 3. *n.* 5.

„ tinieblas, el dia, que vuestro
„ espiritu (1) quiere entrar vi-
„ ctorioso á sujetarnos, no basta
„ la rebeldía á resistir vuestro
„ imperio, no bastan las tinieblas
„ á resistir vuestra luz, no basta
„ el enfermo á dejar de ser cura-
„ do, no basta el necesitado á
„ dejar de ser socorrido, porque
„ de tal manera nos levantais
„ con vuestra Divina mano, que
„ nos dais fuerzas para levantar-
„ nos; de tal manera nos exhor-
„ tais, que nos moveis; de tal
„ manera nos moveis, que con
„ esso vos mismo nos levan-
„ tais „.

tibi suave imperium istud sumis; die, qua tua bonitas sese in animæ intimum infundit; die qua lux tua penetrat nostras tenebras; die qua tuus spiritus vult ingredi victor ad nos subjiciendos, non sufficit rebellio ad resistendum imperio tuo, non sufficiunt tenebræ ad resistendum tuæ luci, non sufficit infirmus ad resistendum curationi suæ, non satis est egenus, ut subveniri sibi non sinat; quia sic nos erigis tua Divina manu, ut vires des nobis, quibus erigamur; sic nos exhortaris, ut nos moveas; sic nos moves, ut ea motione tu ipse nos erigas.

Palafoxius idē heic dixit, ac dixerit Augustinus, prædicarit Thomas, & universa Thomistica schola prædicet nixa auctoritate Patrum, & Pontificum Maximorum.

Rogo rursum, ecquid sit in hisce verbis non omnino Thomisticum, seu non acceptum e Schola sanctorum Augustini, & Thomæ? An quod ait de *ineffabili* gratiæ efficacitate (2)? Atqui Augustinus hoc idem sexcen-

(1) S. Aug. *in Psalm.* 118. *serm.* 22. *n.* 6. *Tom.* 4. „ Tu (Deus) interior intimis meis, tu intus in corde legem posuisti mi„ hi spiritu tuo, tamquam digito tuo, ut eam non tam„ quam servus sine amore metuerem, sed casto timore, ut „ filius, diligerem ... Hæc est illa suavitas, quam Dominus „ dat ... ut bonum vere bene ... boni spiritalis delectatione „ faciamus „. De subjectione quod scribit Palafoxius, ejus est simile, quod proditum ab Augustino est *Epist.* 157. *al.* 89. *ad Hilarium n.* 8. *Tom.* 2. *&* *Epist.* 145. *al.* 144. *ad Anastasium n.* 5. *seq. pag.* 357. *seq.*

(2) Confer locum, quem not. 1. pag. 191. attulimus e lib. de Grat. Christi, & alterum ibid. adductum not. 2. *ex lib.* 2. *con-*

centis in locis prædicat ; prædicat Thomas Aquinas (1) : cumque his Thomistica schola universa, Scripturarum (2) , Patrum (3), Pontificum Maximorum (4) auctoritate nixa contra Pelagianos , ac Berruyeri novos Sectatores prædicat . Quare Tripartito Veteratori Berruyeriano , si inter nos ageret Palafoxius , diceret , quod olim Augustinus Juliano Pelagiano dixit : „ Perspicis hoc di- „ dicisse , & didicisse tot sanctos „ (Innocentium (5) , Cælestinum (6) , Leonem

N 2 &c.

contra duas Epist. Pelagianor. Quo etiam in *lib.cap.7. n.15.* eadem fere scribit . Et *lib.de Grat.* , *& lib. arb. cap. 16. n. 32.* „ Certum est , *inquit* , nos facere , cum facimus ; sed ille „ facit , ut faciamus , præbendo vires efficacissimas volun- „ tati . . Cum dicit , faciam , ut faciatis , quid aliud di- „ cit , nisi auferam a vobis cor lapideum , unde non facie- „ batis , & dabo cor carneum , unde faciatis „ ? Et *lib. de dono Perseverantiæ cap.8. n.14.* „ Gratia , quæ humanis cor- „ dibus divina largitate tribuitur , a nullo duro corde res- „ puitur . Ideo quippe tribuitur , ut cordis duritia primi- „ tus auferatur „ . Mitto cetera , quod & satis hæc sint , & nimius esse nolim .

(1) Loca S. Thomæ adfert Lemosius *Tom.4. Panopl. lib.4. P.2. Tract.4. cap.31. pag. 193.* quo loco agit Scholæ Thomisticæ adversus Molinæ sectatores caussam , ostenditque, *Prædeterminantis gratiæ veram efficaciam ex S. Thoma manifeste* ostendi .

(2) Vide *Lemosium ibid. cap.15. seq.*

(3) Lemos. *ibid. cap.21. seq.*

(4) Lemos. *ibid. cap.20. pag.147. seq.*

(5) Vide testimonia *Innoc.I. apud Lemos. ibid.*

(6) Apud Lemosium *ibid.*

(1) &c.) „ Quod & nos didicimus, & docemus. Muta jam iſtam mentem. Obliviſcere hujus erroris, ac propemodum furoris, quo in tot ac tales Patres Manichæum (*Janſenianum*) jacularis opprobrium. *Si neſciens hoc feciſti, cur non miſeram reſpuis imperitiam; ſi ſciens, cur non ſacrilegam deponis audaciam?* „

Falſo quiſpiā diceret, eſſe Palafoxii ſenſum ab Auguſtini, Thomæ, Thomiſticęq; Scholæ ſententia diſſidentem. Quam inepte Accuſator agat, dum Palafoxium carpit ajentem, ſuſpenſ[a] victrici gratia malum voluntatis uſū.

LXXII. At eſt ab hoc Scripturarum, Patrum, Theologorum orthodoxorum ſenſu Palafoxii ſenſus omnino diſſidens. Qua re? Hac, inquit Tripartitus nebulo: „ Senſus Palafoxii verborum eſt: voluntas mea, antequam ſuſpenderetur, ſiſteretur, coerceretur malus ejus uſus, malumque exercitium, *concupiſcentiali morbo læſa, & infirmata non poterat niſi malum agere propter dominantem ſibi libidinem*: nunc vero una cum gratia ineffabili, ac *potenti dele-*

(1) S. Leo *ſerm. XI. de Jejunio X. Menſis cap.* 1. *pag.* 23. *Edit. Romanæ an.* 1753. „ Dat, *inquit*, [Deus] unde ipſi quoque, quod *operatur*, *operemur* „. *Et ſerm.* 25. *qui eſt* 6. *in Nat. Domini cap.* 4. *pag.* 61. „ Ipſe, qui dedit velle, donabit, & poſſe, ut ſimus cooperatores operum ejus „. Eadem habet *ſerm.* 48. *qui eſt XI. de Quadrageſima cap.* 4. & *ſerm.* 33. *qui eſt* 7. *de Epiphan. cap.* 3. *pag.* 98. „ Dicente diſcipulis ſuis Domino, *ſine me nihil poteſtis facere*, dubium non eſt, hominem bona agentem ex Deo *habere*, & *effectum operis*, & *initium voluntatis*. Unde & Apoſtolus copioſiſſimus fidelium cohortator, cum *timore*, inquit, & *tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim, qui operatur in vobis velle, & operari pro bona voluntate* „.

„ *delectatione suspendis* , *sistis* , & *coerces* „ *malum ejus usum* „ . Jam de natura hominis læsa valente ne , an non valente quidquam boni facere , cum dictum copiose ex Palafoxii sententia fuerit , nihil attinet rursum dicere , ne actum agam . Nunc quo spectat , quæso , quod *de suspenso* , *repressove* , virtute , efficacitateque divinæ gratiæ malo voluntatis *usu* , & *exercitio* , Veterator objicit ? Tam ne est ineptus , ut exercitium , usumque voluntatis malum componi simul cum exercitio , usuque bono (1) ejusdem voluntatis posse arbitretur , adeout eadem voluntas simul & bene , & male agat , reque eadem , qua peccat , eodem tempore operetur bene , sese comparet ad gratiam , consulatque saluti suæ ? Quod si non tam est Accusator hebes , neque tam vecors , ut ita cogitet , cur vitio dat Palafoxio , quod scripserit , virtute gratiæ suspendi , detinerique *exercitium* , *usumque malum* voluntatis ? Nam si efficacis gratiæ , cui non resisti Scholæ orthodoxæ , Patres , Scripturæ testantur ; si gratiæ , inquam , efficacis virtute non detineretur , neve suspenderetur *exercitium* , *usus-*

(1) S. Aug. *lib.* 1. *Retractat. cap.* 9. *n.* 4. „ Quia omnia , *inquit*, bona , & magna , & media , & minima ex Deo sunt, „ sequitur, ut ex Deo sit etiam *bonus usus liberæ voluntatis* „ .

usus que voluntatis malus, jam exerceret sese voluntas in malo, maleque uteretur potestate sua; ac proinde gratia, qua voluntas permota conceditur, efficax, & non efficax simul esset, quod pugnans est. Atque efficax quidem esset, ut ponitur; & efficax contra non esset, ut quæ effectum non obtineret suum, cum voluntas, ejus gratiæ virtute mota, sese in malo exerceret, maleque suo arbitrio uteretur.

Ineptit Accusator Jansenii locũ opponens. Non enim nos quid Jansenius, seu quid Palafoxius dixerit, inquirimus. Palafoxius autẽ egregie dixit, idque magis magisque confirmatur illustri ejusdem Palafoxii loco, quẽ mediũ esse inter §. xxv. & xxvi. extrema diximus, quemque sycophanta Accusator dolo prætermisit.

LXXIII. At Jansenius scripserat: *post absorptam, extinctamque penitus libidinem, nihil voluntatem agere mali posse, dominante ei sola delectatione Creatoris*. Quos hic nobis Jansenios nominat? Non quæro, quid Jansenius scripserit. De Palafoxio uno nostra omnis est quæstio. Vertat autem se Accusator, quo volet, speculetur, circumspiciat quæcumque Ven. Præsul noster sua Epistola illa Pastorali complexus est, comparet ea cum dictis Jansenii; nihil eorum, mihi credite, deprehendet, quod huic sit, quem objicit, Janseniano loco simile. Verum Palafoxii sententias non percepit Accusator. Esto. Sit hoc imperitiæ, tarditatis, stuporis sui; sed omittendi ejus, quod inter extrema Paragraphorum xxv. & xxvi. Epistolæ Palafoxianæ medium est; ejus, inquam,

quam, omittendi, ut re omisit, quam poterit afferre caussam? Non vecordiæ id fuit, non stuporis, non tarditatis; sed audaciæ, sed doli, sed fraudis, sed pravitatis animi non ferentis, ut tanta ejus esset celebritas nominis, cujus honos in dedecus vergeret Berruyerianorum. Jam extrema ejusmodi Paragraphorum expendimus. Modo quid in iis sit medium consideremus. Ergo inter ea extrema præter hoc unum, quod mox adducam, nihil interjacet:

„ Es verdad, Señor, que *me dejais siempre en mis manos el obrar, lo que quisiere*. Es verdad, que nos *dejais siempre el poder mudar, y alterar, y desamparar aquella buena fortuna, en que nos poneis*. Es verdad, que nunca destruis mi querer, ni aquel *primero concierto*, de que el *hombre hiciesse lo que quisiesse, y fuesse hijo de su parecer, y tuviesse en su mano su vida, o su misma muerte*. Siempre nos otros en nos otros *conservamos el principio de nuestra misma ruina, y el podernos apartar de lo bueno, y el poder* perdernos con lo peor (1) „.

Verum est, Domine, relinqui abs te semper in manibus meis operari, quod velim. Verum est, relinqui abs te nobis semper posse mutare, alterare, deserere bonam fortunam, in qua nos constituis. Verum est, nunquam abs te destrui meum velle, nec primitivum illud pactum, ut homo, quod velit, faciat, & sit filius consilii sui, habeatque in sua manu vitam suam, & suam mortem. Semper nos in nobismetipsis conservamus principium ruinæ nostræ, potestatemque nos separandi a bono, nosque perdendi eo, quod pejus est.

(1) Conferantur cum his, quæ scripserat Guillelmus le Roi §. 13. Opusculi sui *de la Priere* &c. Constabit profecto, quam in eo castigando diligens Palafoxius fuerit. Sic autem habet Guillelmus. „ A la verité nous avons toujours en nous „ la capacité de changer, & de ne vouloir plus le bien que „ vôtre charité nous fait vouloir, & nous fait executer.

Nous

Nullus heic esse poterit circuitioni locus. Jam videt Accusator, jam perspicit, quæ fuerit Palafoxii, quam clara, quam ad catholicam veritatem exacta sententia de voluntatis humanæ arbitrio *semper libero*, deque ejus integra mutandi, deserendique boni, in quo eam Deus sua gratia collocaverit, potestate. Ecquid ait? Cur Ven. Viri, quæ hisce præcedunt, quæque subsequuntur, verba protulit, hæc suppressit? Egregium sane Accusatorem, qui cum fide tam mala egerit, tum se descendisse dicat ad accusandum non ira, non malevolentia, non inveterato in Palafoxium odio, sed amore veritatis, & religionis!

Inanes Accusatoris oppositiones de sublata a Palafoxio, dum ponere ipsam videtur, libertate arbitrii.

LXXIV. Et is tamen certissimus fraudis, calumniæque auctor, simulato studio religionis, atque in Sedem Apostolicam pietatis, pergere audet, inflexoque collo, ac super-

„ Nous avons toujours en nous le principe de la rebellion, „ la puissance de nous revolter; mais Dieu de nos ames, „ vous suspendez, & arrête, comme vous voulez, l'exercice, „ & l'usage de cette lamentable puissance, que nous avons „ toujours en nous de transgresser vôtre loi, & de rejeter „ vos inspirations. Vous tenez cette puissance liée, & as„ sujetie par la force, & par lo victoire de vôtre grace „. Nihil hic de primitivo illo pacto, ut homo, quod velit, faciat, habeatque in manu sua vitam suam, & mortem; at additum a Palafoxio est,ut & sibi ipse satisfaceret,& prospiceret suis,ne inde occasionem sumérent errandi,utque ora loquentium iniqua obstrueret.

ſuperciliis ad mentum depreſſis, negat placere ſibi, quod §. XXVI. adjunctum a Palafoxio eſt.

„ Le dais la eficacia de levantarſe, y tan eficaz, que aunque eſté en ſu mano reſiſtirſe, ya no quiere reſiſtirſe „.

Das (animæ) *efficacitatem erigendi ſeſe, & adeo efficacem, ut quamvis reſiſtere in manu ſit ſua, nolit tamen reſiſtere.*

Quid hoc? Annon reſiſtendi poteſtatem animæ efficaci gratia excitatæ, motæ, inclinatæque ineſſe demonſtrat? Ita plane, *inquit*, ſed ratio, quamobrem id dictum a Palafoxio eſt, genus idem poteſtatis tollit.

„ Porque aquello, con que ſe ha de reſiſtir ya vos lo teneis cautivo, apriſionado, vencido, y triunfado „.

Quia illud, quo habet reſiſtere, tu tenes captivum, vinctum, victum, & triumphatum.

Intelligo, quid Venerabilis Antiſtitis verba ferant; ſed ut hinc ſequatur, negari ab eo homini reſiſtendi ſub gratia libertatem, tam non intelligo, ut contra concedi ipſam plane intelligam. Niſi enim concederetur, quo demum modo Vir ſummus Deum alloquens, dixiſſet: *Verum eſt relinqui abs te nobis ſemper poſſe mutare, invertere, deſerere bonam fortunam, in qua nos locas: verum eſt, numquam abs te deſtrui meum velle, nec primitivum illud pactum, ut homo, quod velit,*

faciat,

faciat, & sit filius consilii sui; habeatque in manu sua vitam suam, & suam mortem?

Accusator Palafoxium deridens refellitur. Differitur rursum de efficacitate Divinæ gratiæ, deque arbitrii libertate, locisque Palafoxii adductis, quam injuria idem Accusator agat, ostenditur.

LXXV. Sed argutulus Sycophanta Præsulem optimum irridens: „ Præclara sane „ facultas, *inquit*, resistendi, ut id, cum „ quo resistitur, captivum, incarceratum, „ victum, & triumphatum teneatur! „ Quid est hoc aliud, quam lectores perfri„ cta fronte deridere, & contemnere „? Cælestium Pelagii Sectatorem audire heic mihi videor, cujus hoc fuit ab Synodo Diospolitana primum, deincepsque ab Ecclesia universa anathemate perculsum dogma: „ *Non esse liberum arbitrium, si Dei indi„ geat auxilio, quoniam in propria voluntate „ habet unusquisque aut facere aliquid, aut „ non facere; & victoriam nostram non ex „ Dei esse adjutorio, sed ex arbitrio libero* „. (1). Quid? Annon Scriptores Sacri, Prophetæ, Apostoli tantam vim esse sapientiæ, gratiæque divinæ docuerunt, ut ejus *compedes, torques, vincula* (2) commemorarint? Per-

(1) Vide S.Aug. *lib. de Gestis Pelagii cap.*18.*n.*22.*Tom.X. & cap.*35. *n.* 65.

(2) *Ecclesiast.cap.*6.*v.*25.*seq.* „ Injice pedem tuum in com„ pedes illius, & in torques illius collum tuum; subjice „ humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vin„ culis ejus„.V.29.„In novissimis enim invenies requiem in „ ea, & convertetur tibi in oblectationem, & erunt tibi com-

Perque ipsam, dixerint, a Deo *corda homi-num e lapideis converti in carnea? Operari Deum omnia opera nostra? Inclinare, quo-cumque voluerit, voluntates? Facere, ut in præceptis ejus ambulemus, & operemur? Trahere mortales ad Christum? Agere volun-tates? Dare velle; & perficere; cum non vo-lentis sit, neque currentis hominis, sed Dei miserentis?* Quæ omnia persuadent plane ad veritatem (1), *Deum occultissima, & effi-cacissima potestate cor hominis convertere, & transferre a voluntate lædendi ad voluntatem favendi* (2). „ Homines ne Dei, qui hæc „ scripserunt, immo ipse Spiritus Dei, quo „ auctore per eos ista conscripta sunt, op-„ pugnavit liberum hominis arbitrium? „ (3) Absit. Sed Omnipotentis in omnibus, & ju-

„ compedes ejus in protectionem fortitudinis, & bases vir-„ tutis, & torques illius in stolam gloriæ ... & vincula il-„ lius alligatura salutaris „.

(1) S. Aug. *lib.*4. *contra duas Epist. Pelagianor. cap.*6.*n.*14. „ Ita, *inquit*, (Pelagianis) tumor ipse aures cordis ob-„ struxit, ut non audiant, quid enim habes, quod non ac-„ cepisti? Non audiant, sine me nihil potestis facere. Non „ audiant &c. „ Plura inde testimonia Scripturarum affert, quæ quisque apud ipsum legere poterit.

(2) Confer S. Aug. *lib.*1. *contra duas Epist. Pelagianor. cap.* 20. *n.*38. *lib.* 1. *Op. Imperf. cap.* 140. *lib. de Corrept. & Grat. cap.*45. & *lib. de Dono Persever. cap.*22. *n.*59. *Tom.X.*

(3) Vide S. Thomam *lib.*3. *contra Gentes cap.*88. & Alen-sem *III. P. Quæst. LXI. Membro I. pag.* 249. *sqq.* & *Scotum* 1. *Sentent. Dist.XLI. p.*746. *sqq.*

„ judicium justissimum, & auxilium misericordiosissimum commendavit. Sufficit „ enim scire homini, quod non est iniquitas apud Deum. Jam quomodo ista dispenset, faciens alios, secundum meritum, „ vasa iræ; alios, secundum gratiam, vasa „ misericordiæ, quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit (1) „? Augustinum, credo, Accusator dicet, *perfricta fronte deridere, & contemnere lectores voluisse suos*, ut qui *Enarratione in Ps.* XCIX. *num.*7. *scripserit*: „ Magna felicitas, Fratres, „ esse in ista domo magna (*Dei*) servum, etsi „ cum *compedibus*. Noli timere *serve compedite*; confitere Domino; meritis tuis attribue „ compedes tuas „ (affectionum, puto, quæ hominis cursum ad bonum remorentur) „ confitere *in compedibus*, si vis, ut in ornamenta vertantur. Non frustra, nec sine exauditione dictum est, intret in conspectum „ tuum gemitus compeditorum. ***Libera servitus est apud Dominum, libera servitus***, ubi „ non necessitas, sed caritas *servit* .... Servus es Domini, libertus es Domini; non „ te hic quæras manumitti, ut recedas de „ domo manumissoris tui „. Quo tandem modo, dicet Accusator, quo tandem modo *ser-*

(1) S. Aug. *lib.* I. *contra duas Epist. Pelagian. c.* 20. *n.* 38. *To.* X.

ſervus, iſque *compeditus*, libere, non neceſſitate aget? Sed quid hunc moraretur Doctor Sanctiſſimus, qui jam de ratione componendi liberi arbitrii cum efficacitate gratiæ doctrinam ſuam, ut ceteris libris ſuis, ſic eo qui de *Gratia*, & *libero arbitrio* inſcribitur comprehenſam, Sedi Apoſtolicæ probaviſſet? Quod ſi rurſum *captivi*, *vincti*, *victi*, *triumphati* vocabula a Palafoxio uſurpata conturbant Accuſatorem, caveat, ne eo demum inducatur, ut dicat: Patres (1), Prophetas (2), Apoſtolos *irriſiſſe lectores ſuos*. Nam qui ſcelerum ſordibus inquinatos *captivos* peccati lege teneri, *vinculis* eſſe *adſtrictos*, *victos a cupiditate* ſcripſerunt; iidem ſunt hoſce miſeros cohortati, ut inimico reſiſterent, corda ſua obdurare nollent, projicerent ab ſe ſuas impietates, ſibique cor novum, & ſpiritum novum facerent (3). Nam

(1) Sancti Thomæ hac de re loca deſcripſi *ſupra* §.64.*pag.* 169. *S. Auguſt. Epiſt.* 194. *al.* 105. *ad Sixtum cap.*6. *num.*29. *Tom.*2. „ Nemo liberat venumdatos ſub peccato a vinculis „ captivantis, niſi gratia redimentis „. Et in Pſal.70. n. 2. „ quis redimitur niſi a captivitate &c. „ Et in *Pſ.*101. *n.*3. *Tom.*4. & *lib.*4. *contra duas Epiſt.Pelagianor. cap.*3.*Tom.X.*

(2) *Iſaias cap.*52. *v.*2. „ Solve vincula colli tui, captiva „ filia Sion „. Et *cap.*58. *v.*6. „ Diſſolve colligationes im„ pietatis „. Apoſtol. *Epiſt..ad Rom. cap.* 7. *v.* 23. „ Capti„ vantem me in lege peccati „.

(3) Vide S.Aug. *lib. de Grat.* & *lib. arbitr. cap.* 15. *n.* 31. *Tom. X.*

Nam si qui captivus gratiæ, qui gratia vinctus, qui victus, triumphatusque a gratia dicitur, is potestate gratiæ resistendi caret; cur is etiam potestate resistendi peccato carebit, qui vinculis sit illigatus legis peccati, ab eademque peccati lege captivus detineatur? An plus erit in lege peccati virium, quam sit in gratia Dei Omnipotentis? Egregie sane Palafoxius, cujus tamen est a Sycophanta, Pelagianorum more, omissus locus.

„ Por (1) ventura sera mas li„ bre mi voluntad, Señor mio, „ cautiva, y triunfada de los „ vicios, que de vuestras inspi„ raciones, impulsos, y movi„ mientos? Sera mas libre es„ clava del enemigo comun, „ que sierva de su Criador, Re„ dentor, y Salvador (2)? Si me

An forte, Domine mi, liberior erit voluntas mea captiva, & triumphata a vitiis, quam a tuis inspirationibus, impulsibus, & motionibus? Liberior erit inimici communis serva, quam serva Creatoris, Redemptoris, atque Salvatoris sui? Si me liberum

(1) Palafox. §. *XXXIII.*

(2) S. August. *serm.* 156. *al.* 13. *de verb. Apost. num.* 12. *seq.* „ Agis Deo non adjuvante, libera voluntate, sed male. „ Ad hoc idonea est voluntas tua, quæ vocatur libera, & „ male agendo fit damnabilis ancilla . . . A quo enim quis „ devictus est, huic & servus addictus est, & omnis qui „ facit peccatum, servus est peccati, & si vos filius libe„ raverit, tunc vere filii eritis „. Confer quæ idem scribit *in Psalm.* 99. *n.* 7. *Tom.* 4. *& lib.* 1. *Retractat. cap.* 9. *n.* 4. *Tom. I. & cap.* 22. *S. Thomas lect.* 4. *in cap.* 6. *Epist. ad Rom. pag.* 61. „ Semper, *inquit*, homo, quantum ad arbitrium rationis, „ remanet liber a coactione, non tamen est liber ab incli„ natione. Quandoque enim liberum arbitrium inclinatur „ ad bonum per habitum gratiæ, vel justitiæ, & tunc habet

,, me deja libre el enemigo co-
,, mun, el que me destruye,
,, abrasa, persigue, mata, el
,, que quiere, y forma en mi
,, toda mi ruina, y perdicion?
,, Si este tirano me deja la liber-
,, tad, si este enemigo aunque
,, lleve cautiva al alma, no qui-
,, siera, aunque pudiera, quitar-
,, le su libertad, y querer, por-
,, que sea mas grave la culpa al
,, seguirlo, y al servirlo, como
,, quitarà su libertad a las al-
,, mas aquel imperio dulcissimo
,, de Jesus? Aquel Señor, que
,, desea no solo conservar, lo
,, que crio, sino mejorar, y per-
,, fecionar, y adornar de hermo-
,, sura lo que hizo, y hacer me-
,, jor, y mayor el primero be-
,, neficio? Aquella sabiduria,
,, y bondad, que nos diò la li-
,, bertad, y sabe mandar rogan-
do,

rum relinquit communis inimicus, qui me destruit, urit, persequitur, mactat, quique vult, formatque in me totam ruinam, perditionemque meam? ...Si hic mihi tyrannus relinquit libertatem? Si hic inimicus, etsi animam ducat captivam, non vellet, siquidem posset, eripere ei libertatem suã, & velle, ut gravior sit culpa sequendi ipsum, ipsique serviendi; quomodo suam animabus eripiet libertatem, imperium illud Jesu dulcissimum? Ille ne Dominus, qui desiderat non solum conservare, quod condidit; sed melius, perfectius, ornatius pulchritudine reddere, quod fecit, beneficiumque prius melius facere, atque majus? Illa sapientia, & bonitas, quæ no-

,, bet servitutem justitiæ, & est liber a peccato. Quandoque
,, autē arbitrium inclinatur ad malum per habitum peccati,
,, & tunc habet servitutem peccati, & libertatem justitiæ;
,, servitutem quidem peccati, quia trahitur ad consentien-
,, dum peccato contra judicium rationis. Joh. VIII. qui
,, facit peccatum, servus est peccati. Et quantum ad hoc
,, dicit Apostolus: cum servi essetis peccati. Libertatem ve-
,, ro a justitia, quantum ad hoc quod homo absque freno ju-
,, stitiæ præcipitat se in peccatum. Et quantum ad hoc di-
,, cit: liberi fuistis justitiæ.. Sciendum est tamen, quod
,, iste status habet veram servitutem, libertatem autem non
,, veram, sed apparentem; cum enim homo sit id, quod est
,, secundum rationem, tunc homo vere est servus, quando
,, ab aliquo extraneo abducitur ab eo, quod est rationis; sed
,, quod aliquis freno rationis non cohibeatur a sequela con-
,, cupiscientiæ, est libertas, quantum ad opinionem illius,
,, qui summum bonum putat concupita consequi,,.

„ do, y perſuadir, aconſejar, „ y convencer conſiguiendo? „ Que es dulce, y fuerte, que „ es ſuave, y eficaz, que no „ quiere de las almas ſino le ſervan *voluntarias*, *guſtoſas*, alegres, y conſoladas; el quie „ no es Dios de afflicion, ſino „ de conſuelo, y paz, y quiere „ que le quieran amantes, y „ voluntarios (1)?

nobis libertatem dedit, ſcitque rogando jubere, perſuadere, conſilio regere, atque conſequendo convincere? Quæ dulcis, & fortis eſt, quæ ſuavis, & efficax; quæ non vult ab animabus, niſi ut voluntariæ illi ſerviant, & alacres, & lubentes, & conſolationis plenæ; qui non eſt Deus afflictionis, ſed conſolationis, & pacis; & vult, ut ipſum ament amantes, & voluntarii?

Addit §. XXXIV.

„ Quitais de la voluntad la ſervidumbre, del Alma la culpa, „ de mi *alvedrio* (2) mis cadenas

Tollis ſervitutem libertate, ab anima culpam, a meo arbitrio catenas, & vincula. Si-

(1) S. Aug. *lib. de Spiritu, & Littera cap.* 16. *num.* 28. „ Ubi Spiritus Domini, ibi libertas, hic autem Spiritus Dei, „ cujus dono juſtificamur, quo fit in nobis, ut non peccare „ delectet, ubi libertas eſt; ſicut præter hunc ſpiritum peccare delectat, ubi ſervitus, a cujus operibus abſtinendum eſt „. *Et lib.* 3. *Op. imperf. contra Julianum cap.* 122. *pag.* 816 „ Inter gratiæ Divinæ ſpecies, ſi poneretis dilectionem, quam non ex nobis, ſed ex Deo eſſe, eamque Deum „ dare filiis ſuis apertiſſime legitis, ſine qua nemo pie vivit, & cum qua nemo, niſi pie vivit; ſine qua nullius eſt „ bona voluntas, & cum qua nullius eſt, niſi bona voluntas, vere liberum defenderetis, non inflaretis arbitrium. „ Neceſſitatem vero, ſi eam dicis, quia quiſque invitus „ opprimitur, juſtitiæ nulla eſt, quia nemo eſt juſtus invitus, ſed gratia Dei ex nolenre volentem facit „. Et in „ Pſal. 54. nu. 10. Tom. 4. „ Quid offeram ... voluntarie? „ Quia gratis amo, quod laudo. Laudo Deum, & in ipſa „ laude gaudeo ... Deus noſter laudetur voluntate, ametur „ caritate, gratuitum ſit, quod amatur, & quod laudatur. „ Voluntarie ſacrificabo tibi. Noli ex neceſſitate. Si enim „ propter aliud laudas Deum, ex neceſſitate laudas „.

(2) S. Aug. *lib. de Corrept. & Grat. cap.* 1. *pag.* 495. *Tom. X. & Epiſt.*

„ nas, y prisiones. Dejais, „ Señor mio, la voluntad *libre*, „ la libertad santa, el alma limpia., el espiritu perfecto, y todo esto hace, vence, y consigue vuestra gracia victoriosa.

Sinis, Domine mi, liberam voluntatem, libertatem sanctam, nitidam animam, spiritum perfectum; idque totum agit, vincit, consequitur tua victrix gratia.

Jam §. XXVIII. dixerat:

„ Vos sabeis, Señor, guiarnos, „ y gobernarnos, y dirigirnos á „ lo que quiereis con un modo „ tan benigno, tan tranquillo, „ tan excelente, tan inefable, „ y suave, tan proporcionado al „ estado, y capacidad (1) de nue-

Tu scis, Domine, ducere, & gubernare, & dirigere nos quovis modo tam benigno, tam tranquillo, tam excellenti, tam ineffabili, & suavi, tamque apto ad statum, & capacitatem nostri esse,

O

& Epist. 157. *al.*89. *ad Hilarium Syracusanum n.*8. *pag.* 414. *Tom.*2. „ Hæc voluntas libera tanto erit liberior, quanto sanior; tanto autem sanior, quanto Divinæ misericordiæ, gratiæque subjectior. Quomodo enim libera est, cui dominatur iniquitas? Ut ei non dominetur, vide, ab illa quis invocetur. Non enim ait, itinera mea dirige secundum liberum arbitrium, quia non dominabitur mihi omnis iniquitas; sed itinera mea, inquit, dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas. Precatur, non pollicetur... optat plenissimam libertatem, non jactat propriam potestatem „. S.Thomas *lect.*4. *in Cap.* 6. *Epist. ad Rom.* „ Nunc vero, *inquit*, scilicet in statu justitiæ, liberati a peccato, & hoc est, quod subdit (Apostolus) servi autem facti Deo. Ps.25. O Domine ego servus tuus. Hæc autem vera est libertas, & optima servitus, quia per justitiam homo inclinatur ad id, quod convenit ipsi, quod est proprium hominis; & avertitur ab eo, quod convenit concupiscentiæ, & est maxime bestiale „.

(1) S. Thomas 3. *contra Gentes cap.* 89. „ Salomon dicit, cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, vertet illud. Ostendit non solum divinam caussalitatem ad potentiam voluntatis extendi, sed etiam ad actum ipsius „. Et cap.90. „ Dicitur Ecclesiast. 15. Deus ab initio constituit homi-

„ nuestro ser, y con una virtud „ tan secreta, tan conveniente á nue-

esse, & quadam adeo secreta virtute, adeo convenienti nostris

„ hominem, & reliquit eum in manu consilii sui &c. Hæc „ autem verba ad hoc inducuntur, ut homines esse liberi arbitrii ostendantur ; non ut eorum electiones a divina „ providentia subtrahantur „. *Et cap.*148. „ Posset, *inquit*, „ videri alicui „ (ac videtur id quidem modo calumniatoribus Palafoxii) „ quod per divinum auxilium aliqua coactio „ homini inferatur ad bene agendum ex eo, quod dictum „ est : nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum : & ex hoc, quod dicitur Rom. 8. Qui spiritu „ Dei aguntur : & ex 2. ad Cor. c.5. Charitas Christi urget „ nos. Trahi enim, & agi, & urgeri coactionem importare videntur. Hoc autem non esse verum, manifeste ostenditur. Divina enim providentia rebus omnibus providet „ secundum modum earum. Est autem proprium homini, „ & omni rationali creaturæ, quod voluntarie agat, & suis „ actibus dominetur, ut ex supradictis patet. Huic autem „ coactio contrariatur. Non igitur Deus hominem suo auxilio cogit ad recte agendum „. *Et paulo post* „ *Isaiæ cap.*25. „ Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Causa „ autem prima causat operationem causæ secundæ, secundum „ modum ipsius. Ergo Deus causat in nobis opera nostra „ secundum modum nostrum, quod est, ut voluntarie, & „ non coacte agamus „. Quæ ibid. mox addit, demonstrant, ut τὸ *voluntarie* non solum de libertate a coactione intelligendum sit, verum etiam a necessitate, quod item supra a Palafoxio ostensum vidimus. Idem S. Thomas *lect.* 3. *in cap.* 9. *Epist. ad Rom.* cum hæc sibi objecisset : „ Sed si non „ est volentis velle, neque currentis currere, sed Dei moventis ad hoc hominem, videtur, quod homo non sit „ dominus sui actus, quod pertinet ad libertatem arbitrii „. Respondit : „ Deus omnia movet, sed diversimode, inquantum scilicet unumquodque movetur ab eo secundum modum naturæ suæ, & sic homo movetur a Deo ad volendum, & currendum per modum liberæ voluntatis. Sic „ ergo velle, & currere est hominis, ut libere agentis; non „ autem est hominis, ut principaliter agentis „. S. Leo *serm.*42. qui est 5. de Quadrages. *cap.* 1. *pag.* 3. „ Quamvis ædificium

„ á nuestras almas, y con unos „ impulsos, y movimientos tan „ fuertes, tan eficaces., y con „ unas luces secretas, que nos „ guian á aquello, que nos con- „ viene, que nunca estamos „ mas *sueltos*, mas contentos, „ mas *nuestros*, que quando „ vuestros, nunca mas perfe- „ ctamente obramos *con liber-* „ *tad*, que quando *voluntaria-* „ *mente* seguimos estos santos „ movimientos. Entonces está „ mas en su fuerza y vigor nue- „ stro alvedrio, quando va figui- „ endo la senda, y olor de vue- „ stros unguentos; entonces, „ quando vuestra gracia victo- „ riosa de nuestra naturaleza; „ entonces, quando vuestra ca- „ ridad, vencida nuestra mal- „ dad (1), nos hace producir a- „ fectos pios y santos; enton- „ ces logramos toda nuestra li- „ bertad. Quando nuestro es- „ piritu está todo en vuestra „ mano, entonces estamos *li-* „ *bres*, porque si está fuera de „ ella, no somos sino esclavos, „ y cautivos de las pasiones, „ y vicios, porque *libremen-* „ *te* (2) de ellos nos dejamos arra-

stris animabus, & *quibusdam impulsibus, motionibusque tam fortibus, tam efficacibus*; & *secretis quibusdam lucibus, quæ nos ducunt ad id, quod nobis convenit.* (Scimus) *numquam nos esse solutiores, contentosque magis, magisque nostros, quam dum sumus tui. Numquam perfectius operamur cum libertate, quam dum voluntarie sequimur sanctas istas motiones. Tunc manet in sua vi magis, inque vigore suo nostrum arbitrium, dum semitam sequitur, odoremque tuorum ungentorum; tunc cum tua gratia victrix naturæ nostræ; tunc cum caritas tua, victa malitia nostra, nos facit producere affectus pios*, & *sanctos; tunc lucramur totam nostram libertatem. Cum spiritus noster totus est in manu tua, tunc sumus liberi, quia si extra ipsam est, non sumus, nisi servi*, & *captivi passionum*, & *vitiorum quia libere ab illis nos rapi sinimus. Quandonam liberior fuit S. Paulus ... quan-* do-

„ ficium nostrum sine ope sui non subsistat artificis; nec „ fabrica nostra possit esse incolumis, nisi ei protectio præ- „ fuerit conditoris; tamen quia rationales lapides sumus, „ sic nos Auctoris nostri extruit manus, ut cum opifice suo „ etiam is, qui reparatur, operetur „.

(1) S. Leo *serm.* 81. *qui est* 4. *de Jejun. Pentecost. cap.* 2. *p.* 233.

(2) S. Aug. *Epist.* 145. *al.* 144. *n.* 2. *Tom.I.* „ Ubinam ii, qui

„ arrastrar . [§. xxix.] „ Quan- „ do fue mas libre S. Pablo ... quan-

donam suum velle perfectius habuit, quam dum potuit di-

„ qui ea [mundana] videre , & gemere noverunt , vincere „ & evadere mereantur , quod sine Dei gratia nullo modo „ voluntas implet humana , quæ nec libera dicenda est , „ quamdiu est vincentibus , & vincientibus cupiditatibus „ subdita . A quo enim quis devictus est , huic & servus „ addictus est „ . *S.Leo l. c.* „ Cum caro concupiscens adver- „ sus spiritum , spiritali cupiditate superatur , libera obti- „ netur sanitas , & sana libertas ; ut & caro mentis judicio, „ & mens Dei regatur auxilio „ . Et serm. 18. qui est 7. de Jejunio Decimi Mensis cap.2. „ Commutante , *inquit* , dex- „ tera Excelsi corda multorum , rediit in novitatem vetu- „ stas, & de famulis iniquitatis ministri prodiere justitiæ . „ Subegit luxuriam continentia , humilitas arrogantiam „ propulsavit &c. „ Confer S.Aug.*lib.2. de Peccator. merit. & remiss. cap.19. n.33. T.X. & lib. de Perfect. justitiæ cap.3.n.7. & lib. de Grat.Christi cap.25. n.26. & lib. 3. contra duas Epist. Pelagianor. cap. 2. n.2. seq. & Epist.*145. *n.*5. *T.*2. „ Tantum „ quisque peccatum odit , quantum justitiam diligit : quod „ non poterit lege terrente per litteram , sed spiritu sanan- „ te per gratiam . Tunc fit , quod Apostolus admonet : „ Humanum dico , propter infirmitatem carnis vestræ &c.„. Et *Epist.* 157. *n.* 9. quem ad locum adludit Pelagianos confutans Alexander Alensis III.*P.QUÆST.LXI.Mem.I.p.*250. „ Jubemur detrahere de pondere cupiditatis , quod accedet „ ad pondus caritatis ; donec illud consumatur , hoc perfi- „ ciatur . Plenitudo enim legis est caritas . Et tamen de „ ipsa continentia vide , quid scriptum sit [Sap.8.]: *& ut* „ *scirem , quia nemo potest esse continens , nisi Deus det* &c. „ Numquid dixit , & cum scirem , quia nemo potest esse con- „ tinens , nisi per proprium liberum arbitrium ? Non plane „ hoc dixit , quod quidam in sua vanitate dicunt ... Jubet „ ergo Deus continentiam , & dat continentiam .. Jubet per „ litteram , dat per spiritum . Lex enim sine gratia facit „ abundare delictum &c.„ S.Hieronymus Epistola ad Ctesi- phontem *pag.*188.*Tom.II. opp.Edit.Rom.an.*1564.Pelagianos „ refellens: Quod, *inquit*, SURSUM DEORSUM JACTI- „ TANT , LIBERUM A NOBIS ARBITRIUM DE- STRUI ,

„ quando tuvo màs perfecto su „ querer ... que quando pudo „ decir : *ya no vivo en mi, porque vive Christo en mi?* ... „ Habia yo de pensar, que vos „ Auctor omnipotente de mi „ mismo alvedrio, no sabriais „ el secreto (1) de llevarle rendido,

dicere : jam nôn vivo egò in me, quia in me vivit Christus?.. *Cogitandum ne mihi erat, te omnipotentem mei arbitrii Auctorem ignoraturum secretam rationem ducendi illud subjectum, & liberum ad æternam*

O 3

„ STRUI, audiant e contrario, eos arbitrii destruere li„ bertatem ... Quis destruit arbitrium, ille, qui semper Deo „ agit gratias, & QUODCUMQUE IN SUO RIVULO „ FLUIT, AD FONTEM REFERT; an qui dicit : re„ cede à me, quia mundus sum, non habeo te necessa„ rium : dedisti mihi semel arbitrii libertatem, ut faciam, „ quod voluero, quid rursum te ingeris, ut nihil possim fa„ cere, nisi tu in me tua dona compleveris „?

(1) S. Aug. *lib. de Prædest. Sanctor. cap.2. n.6.* „ Si opera„ tur Deus fidem nostram miro modo agens in cordibus no„ stris, ut credamus, numquid metuendum est, ne totum „ facere non possit, & ideo homo sibi primas ejus vindicat „ partes, ut novissimas ab illo accipere mereatur?.. Non „ sic ille [Cyprianus] sapiebat, qui dixit, in nullo glo„ riandum, quando nostrum nihil sit. Quod ut ostenderet, „ adhibuit Apostolum testem dicentem : quid autem habes, „ quod non accepisti &c.? „ Vide *& c.5. n.9. & cap.8. n.13. ubi* : „ Valde remota est, *inquit*, a sensibus carnis hæc Scho„ la, in qua Deus auditur, & docet. Multos venire vide„ mus ad Filium ... sed ubi, & quomodo a Patre audierint „ hoc, & didicerint, non videmus. Nimium gratia ista „ secreta est, gratiam vero esse quis ambigat? Hæc itaque „ gratia, quæ occulta humanis cordibus divina largitate „ tribuitur, a nullo duro corde respuitur „. *Epist.* 157. *ad Hilarium num.*10. „ Neque enim voluntatis arbitrium ideo „ tollitur, quia juvatur; sed ideo juvatur, quia non tol„ litur &c. „ Quemadmodum autem Augustinus, ita etiam S. Thomas, rationem secretam constituendi hominem subjectum, eodemque tempore liberum, ex omnipotentia Dei repeti oportere animadverterat *I. P. quæst.* 19. *art.* 8. *in corp.* quem locum descripsimus *supra* §.68. *hujus Epist. not.*1. *p.*182. *seq.*

„ dido, y libre á una eterna, y perfecta libertad? Habia yo de pensar, que vos no teniais modo para haceros dueño de mi voluntad, y llevarla a todo lo que quereis sin *violentarla*, *sin forzarla*, *no solo no destruyendo*, *sino perfecionando este mismo querer*, *que vos me disteis*, *me dais*, y me conservais „.

nam quamdam, & perfectam libertatem? Cogitandum ne mihi erat, deesse tibi modum faciendi te Dominum voluntatis meæ, educendique eam ad totum id, quod vis, absque eo quod ei violentiam afferas, & absque eo, quod illam cogas, non solum non destruendo, sed perficiendo idem ipsum velle, quod tu mihi dedisti, quod mihi das, mihique conservas?

Fusius

seq. Idem S. Doctor. 1. 2. *quæst.* 10. *art.* 4. „ Ad Divinam, *inquit*, „ providentiam non pertinet naturam rerum corrumpere, „ sed servare; unde omnia movet secundum eorum conditionem... Quia igitur voluntas est activum principium „ non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens „ ad multa, sic Deus ipsam movet [efficacissima, omnipotentique voluntate sua, ut XIX. qu. I. Par. dixerat] quod „ non necessitate ad unum determinat, sed remanet motus „ ejus contingens, & non necessarius „. *In Append. Epist.* 21. *Cælestini I. Pont. Max. ad Gall. Episc. cap.* 7. *num.* 8. *Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. Edit. Paris. an.* 1721. *hæc leguntur.* „Quod „ nemo, nisi per Christum libero bene utatur arbitrio, idem „ [Innocentius I.] in Epistola ad Milevitanum Concilium „ data prædicat, dicens, adverte, o pravissimarum mentium „ perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa „ decepit, ut dum indulgentius frenis ejus utitur, in prævaricationem præsumptione conciderit; nec ex hac potuit „ erui, nisi ei providentia regenerationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset adventus „. Et Concil. Carthaginiense ad Zosimum Papam [*ibid. cap.* 8. *n.* 9.] „ Instinctu Dei factum esse, fideliter, sapienterque vidistis; „ veraciter, fidenterque dixistis, ideo utique, quia præparatur voluntas a Domino, & ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda filiorum. „ Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt, ut „ nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus magis illius „ valere non dubitemus auxilium „.

Fusius fortasse vestrum aliqui hæc me fuisse persequutum dicent, quam & vellent ipsi, & postulare Palafoxii caussa videatur. Sed hoc esse volui longior, quod descriptis quibusdam (quis enim omnia possit describere?) Ven. Viri ex Epistola illa Pastorali locis, quæ plane ostenderent, quam ille addictus doctrinæ Augustini, & Thomæ; quamque ab Janseniana pravitate alienus, ac distans esset; non solum coercerem, sed obtererem etiam sycophantarum calumniam. Tenetis autem ex iis, quæ hactenus disputata sunt, libertate sub efficaci gratia gaudere hominum voluntates; posseque proinde gratiæ ipsi resistere; atque eo quidem liberiores (1) voluntates easdem esse sub genere illo gratiæ, quo secreto, miro, ineffabili quodam modo, illoque naturæ voluntatis liberæ sic accommodato ita ducantur, ut etsi moveantur, inclinentur, agantur a Deo, Deumque habeant sui velle, sui cursus, suarum actionum operatorem, tamen non modo nihil amit-

 tant,

(1) *Synod. Carthag. Epist. ad Innocent. I. P. M. inter Augustinianas* 175. *n.*2. *Tom.I.* „ Ipsum nostræ voluntatis arbi„ trium vere fit liberum, dum a carnalium concupiscentia„ rum dominatione liberatur, dicente Domino; Si vos fi„ lius liberaverit, tunc vere liberi eritis „. Confer Epistolam Innocentii I. ad eamdem Synodum num. 3. quæ Epist. inter Augnstinianas est 182. Mitto Zosimi, & Cælestini, & aliorum Pontificum testimonia, ne sim longior.

tant, ſed augumenta etiam capiant libertatis ſuæ. Hæc vero Thomæ, atque Auguſtini tutiſſima, atque inconcuſſa, ut ex allatis eorum locis intellexiſtis, dogmata illa ſunt, toties Sedis Apoſtolicæ celebrata commendatione. Quare id contra Tripartitum Accuſatorem mihi uſurpare pro Palafoxio liceat, quod ſcriptum adverſus Julianum Pelagianum ab Auguſtino fuit *in Quarto contra duas Epiſtolas Pelagianorum libro* (1) „ Damnabilia in hac TRIPARTITA „ (*triglyphi Veteratoris*) „ diviſione, mente catholica „ (Palafoxius) „ exhorruit, illiuſque latebras, inſidiaſque devitavit; „ atque ita ... fuit cautus, ut ſic declinarit Manichæum „ (Janſenium) „ ne ſe inclinaret in Pelagium: rurſumque ita ſe ſejunxit a Pelagianis, ne conjungeret Manichæis „ (vel Janſenianis).

De parte ſexta Capitis quarti Actionis adverſariorũ agitur. Quam calumniã accuſator inſtruat, quam gravem? ut qui jactet, a Palafoxio ipſo tolli voluntatis humanæ cooperationẽ.

LXXVI. Cognoſtis vos quidem, arbitror, cujuſmodi Pars quinta capitis quarti Actionis Berruyerianæ in Palafoxium fuerit. Sextam nunc conſideratote. Negat, *inquit Accuſator*, negat Palafoxius humanæ voluntatis in negotio ſalutis *cooperationem*. Perſpicuum autem id eſſe jactat ex univerſa Præſulis ejuſdem Paſtorali ad vos ſcripta Epi-

(1) *Cap. 3. pag. 309. Tom. X.*

Epiſtola: at ejus ſe multa prætermittere (1), ac paucis quibuſdam ipſius locis contentum fore. Prior eſt locus ex Paragrapho VII. qui ſic habet:

Loca Palafoxii quinque Accuſator idē adducit ſuæ criminationis cōfirmandæ cauſſa. Quam ſit prior locus conſonus doctrinę Patrū, quamq; diſtet ab errore, quē illo contineri, ſycophāta ſcribit.

„ VueſtraDivina gracia,gran „ Dios mio, á de ſer el principio, el progreſſo, y la „ perſeverancia de mis obras, „ y deſeos. Eſta es, la que „ á de producir en mi todos „ mis buenos pienſamientos (2) todas mis buenas palavras,

Tua Divina gratia oportet, ut ſit, o magne mi Deus, initium progreſſus, & perſeverantia meorum operum, & deſideriorum. Hæc illa eſt, quæ productura in me eſt omnes bonas meas cogitationes, omnia mea bona verba, omnes meas actiones

(1) „ Ea, quæ prætermittis [*ajebat Auguſtinus refellens Julianum Pelagii ſectatorem*] colligentur a nobis, .. ut appareat, cur prætermiſeris. *Lib.I. Op. Imperf.cap.20. pag.663. Tom. X.*

(2) S.Aug. *lib. de Præd. SS. cap.10. n.19. Tom.10.* „ Promiſit [Deus] quod ipſe facturus fuerat, non quod homines; quia etſi faciunt homines bona, quæ pertinent ad „ colendum Deum, ipſe facit, ut illi faciant, quæ præcepit; non illi faciunt, ut ipſe faciat, quod promiſit. Alioquin ut Dei promiſſa compleantur, non in Dei, ſed in „ hominum eſt poteſtate „. Et *de Dono Perſeverantiæ cap.8. num.20.* „ Non itaque in hominum, ſed in Dei eſt poteſtate, ut habeant homines poteſtatem filii Dei fieri: ab „ ipſo quippe accipiunt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem, quæ operatur per „ dilectionem, ad quod bonum ſumendum, & tenendum, „ & in eo perſeveranter uſque in finem proficiendum; non „ ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis, ſed „ ſufficientia noſtra ex Deo eſt, in cujus eſt poteſtate cor „ noſtrum, & cogitationes noſtræ „. *Et cap.16. n.41.* „ Si „ autem gratia prævenit fidem, quoniam prævenit voluntatem; profecto prævenit omnem obedientiam, prævenit etiam caritatem, qua una Deo veraciter, & ſuaviter „ obeditur; & hæc omnia gratia in eo, cui datur, & cujus

„ vras, todas mis buenas ac- „ ciones. Yo he de poner, Se- „ ñor, en esta compañia el „ recebirlo, y vos el darlo, „ vos ofrecerlo, yo admitirlo.

nes bonas. Ego debeo ponere, Domine, in hac societate id ut accipiam, tu ut des. Tu ut offeras, ego ut admittam.

Quemquam ne hoc tripartito Sycophanta vidistis iniquiorem? Quis ferat Scholarum Orthodoxarum phrases (1); Patrum contra

„ jus hæc omnia prævenit, operatur „. Confer & *Lib. de Spiritu, & Littera cap.* 24. *num.* 40. & quæ mox ex aliis ejusdem libris adducam. Ecclesia ipsa Dominica 6. post Pentecosten hanc adhibet orationem „ Deus virtutum, cujus est totum, „ quod est optimum, insere pectoribus nostris amorem tui „ nominis &c. Et Dominica 8. „ Largire nobis, quæsumus „ Domine, semper spiritum cogitandi, quæ recta sunt, „ propitius, & agendi &c. „ Et Dominica 12. „ Omnipotens, „ & misericors Deus, de cujus munere venit, ut tibi a fi- „ delibus tuis digne, & laudabiliter serviatur &c. „ Et Sab- „ bato infra Hebdom. 3. post oct. Paschæ „ Deus, a quo bo- „ na cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogite- „ mus, te inspirante, quæ recta sunt, & te gubernante, ea- „ dem faciamus „. Quanti has preces Majores nostri, imprimisque Aug. fecerint, constat cum ex aliorum Patrum operibus; tum vero ex *lib. ejusd. Aug. de Dono Persev. c.* 7. *n.* 15. aliisque ex locis, quæ modo commemorare non vacat. Vide S. Thomam *III. Contra Gentes* Cap. *LXXXIX. & Cap. CXLVIII.* & Alexandrum de Ales *III. P. Q. LXI. Membro VI. Art. III. pag.* 164. ubi: „ Tria hæc, *inquit*, BONUM COGITARE, „ VELLE, PERFICERE FACIT GRATIA IN NO- „ BIS, sicut dicit Bernardus *de Grat. & Lib. Arbitr. Gratia* „ *immittendo bonam cogitationem*, nos prævenit: IMMUTAN- „ DO MALAM VOLUNTATEM, *nos sibi per affectum* „ *jungit*: MINISTRANDO CONSENSUI FACULTA- „ TEM *foris per opus apertum* INTERNUS OPIFEX „ INNOTESCIT; & hoc planum est in justificatione a- „ dultorum „.

(1) Vide *Lemos. Vindicem Thomisticæ Scholæ lib.* 4. *Panopl. Par.*

tra Pelagianos ſcribentium loquendi rationem (1), Conciliorum (2), Scripturarum-

Par.2. Tract. 4. cap.15. num.198. ſeq. At hic & operari hominem, & libere quidem cooperari teſtatur. Quid? Annon idem fatetur Palafoxius, ut ex iis, quæ hactenus diſputata ſunt, conſtat; & magis, magiſque ex iis, quæ poſt proferentur, conſtabit?

(1) S.Aug. *in Pſal.*142. *n.*10. „ Meditare in facturis manuum (Dei), quia & juſtitiam, quæ in te eſt, ad manum ejus invenies pertinere. Audi Apoſtolum & hoc docentem: *Non ex operibus, ne quis extollatur*. Opera bona non habemus? Habemus plane, ſed vide, quid ſequitur: *ipſius enim ſumus figmentum*, dixit. Forte naturam, qua homines ſumus, commemorare voluit, hoc appellato *figmento*? Non plane. De operibus loquebatur. *Non*, inquit, *ex operibus, ne quis forte extollatur*. Sed non conjiciamus. Sequitur; *ipſius enim ſumus figmentum creati in Chriſto Jeſu, in operibus bonis.* Noli ergo putare, te aliquid operari, niſi in quantum malus es. Averte ab opere tuo te, ad opus illius, qui fecit te, & ipſe quod formaverat, & tu exterminaſti, reformet. Ut enim ſis, ipſe operatus eſt; ut bonus ſis, ſi bonus es, ipſe operatur. *Cum tremore*, inquit, *& timore veſtram ipſorum ſalutem operamini*. Si noſtram ipſorum ſalutem operamur, quare cum timore? Quare cum tremore, cum ſit in poteſtate noſtra, quod operamur? Audi quare.. *Deus eſt enim, qui operatur in vobis velle, & operari pro bona voluntate*. Ergo cum timore, & tremore, ut delectet in convalle operari artificem noſtrum.. Vidi ergo, & inſpexi opera tua, quia nihil boni eſſe in nobis poteſt, niſi abs te fiat, qui nos feciſti „. Similia habent S. Leo, S.Proſper, S.Fulgentius, S.Gregorius Magnus, S.Thomas, ceteri, quorum quidem Patrum teſtimonia, ſi adverſarii volent, & multa, & perſpicua ſane proferam. Hoc reſtat, ut Accuſator ab iis item cooperationem hominis fuiſſe ſublatam jactet, quo quid dici poteſt iniquius?

(2) Carthaginienſis Synodi Decreta Sedi Apoſtolicæ probata

rumque (1) sententias quas hisce Palafoxianis periodis comprehendi constat, rejici ab homine, qui sese catholicum profiteatur, nec rejici solum, sed in errores etiam amandari Jansenianorum? Age vero, τὸ *meas* cogitationes, τὸ *mea* verba, τὸ *meas* actiones, τὸ *recipere*, τὸ *admittere* (2), quæ Vir Ven. adhibet, annon hominis cooperationem in negotio salutis plane demonstrant?

Idem de altero loco demonstratur.

LXXVII. At alter locus ex §. IV. hujusmodi est:

„ O Divina caridad, vuestro es „ obrar en nos otros, nuestro „ es obrar contra vos (3): é quan-	*O Divina caritas, tuum est operari in nobis; nostrum est operari contra te, & quando*

bata afferuntur in extrema Epist. XXI. Sancti Cælestini I. ad Galliarum Episcopos Capite X. pag. 1092. Tom. I. Epistolar. Romanor. Pontificum Edit. Paris. an. 1721. ubi etiam legitur: „ Si quis dixerit ... non præstari nobis (per gratiam Dei) ut „ quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus, „ atque valeamus, anathema sit „.

(1) *Isaiæ Capite XXVI.* „ Omnia opera nostra operatus es „ in nobis Domine „. S. Paulus Capite 2. Epist. ad Philippenses. „ Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere &c. „

(2) S. Aug. *in Psal.* 42. *n.* 3. *seq. Tom.* 4. „ Habes, quid „ agas. Elige consilium: Regem admitte: tyrannum exclude „. *Et Tract.* 50. *in Joh. Tom.* 3. *P.* 2. „ Multi habent in „ fronte signum Christi, & corde non recipiunt verbum „ Christi „.

(3) S. Aug. *in Ps.* 142. *n.* 10. *Tom.* 4. „ Noli cogitare, te „ aliquid operari, nisi in quantum malus es. Averte ab „ opere tuo te ad opus illius, qui fecit te &c. „ *ibid. n.* 18. „ Spiritus tuus bonus, non meus malus; spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam; quia spiritus meus malus deduxit me in terram perversam „.

„ quando obramos en vuestro „ servicio, todo a vos lo debe- „ mos „.	*do operamur in tuo servitio, illud totum tibi debemus.*

Rursum Sanctorum Patrum, inprimisque Augustini (1), Conciliorum (2), Scripturarum-

(1) Vide Adnotationem superiorem. Non arbitror, eo perventurum Sycophantam, ut ademtam a S. Aug. ob hasce loquutiones homini fuisse cooperationem, & libertatem defendat. Quod si Augustini afferet loca, quæ certe perplura sunt, ex quibus perspicitur, & libertatem, & cooperationem eum hominis adseruisse; hoc idem nos & ostensum jam supra dicemus a nobis esse disertissimis Palafoxii testimoniis; & confirmamus fore, ut deinceps etiam ostendatur. Confer rursum S. Aug. *lib. de Prædest. Sanctor. cap.*4. *num.*9. *seq.* & *cap.*7. *n.*12. *seq.* De debito accepta referendi omnia, quæ recte operamur, Deo, vide Aug. ipsum *in Ps.* 58. *serm.*2. *n.*2. *To.*4. quo loco ait: „ Deus meus, inquit, Misericordia mea.. „ *Misericordia mea* quid est? Totum quidquid sum, de „ misericordia tua est.. Fecisti, ut essem; & non fecisti, „ ut bonus essem? Dedisti mihi, ut sim; & potuit mihi „ alius dare, ut bonus sim? Si tu mihi dedisti, ut sim; & „ alius mihi dedit, ut bonus sim; melior est ille, qui de- „ dit, ut bonus sim, quam ille, qui mihi dedit, ut sim. „ Porro quia te nemo melior, nemo te potentior, nemo „ te in misericordia largior; a quo accepi, ut essem, ab „ illo accepi, ut bonus essem. Deus meus misericordia mea„. Sed hac de re innumerabilia prope sunt Sancti ejusdem Doctoris loca. Vide etiam Sanct. Thomam 3. contra Gentes cap. 148.

(2) Consule *Synod. Arausic.*2. *an.* 529. *can.*5.6.7. „ Si quis „ per naturæ vigorem bonum aliquid, quod ad salutem per- „ tinet vitæ æternæ, cogitare, ut expedit, aut eligere, „ sive salutari, idest Evangelicæ prædicationi consentire „ posse confirmat, absque illuminatione, & inspiratione Spi- „ ritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentien- „ do, & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intel-

rarumque (1) loquutiones Sycophanta carpit. Addidisset saltem, quod additum opportune ibidem a Palafoxio est, cooperationemque hominis plane ostendit:

„ *Nos otros* lo *obramos;* pero „ como poderamos *obrarlo*, „ si no nos preveniera vuestra „ gracia; y no nos ayudara „ vuestro poder „.

Nos illud operamur; verum quomodo id ipsum operari possemus, nisi nos tua gratia præveniret, tuaque nos potestas non adjuvaret?

An quod nos *operamur*, non *operamur? Et operando sequentes Divinam gratiam*, quæ nos prævenit, atque adjuvat, *divinæ gratiæ non cooperamur?* Quid hoc dici potest obtusius? Agnovit ergo, confessusque coopera-

pera.

„ intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis, sine me nihil potestis facere „. *Et can.16.* „ Nemo ex eo, quod videtur habere, glorietur, tamquam non acceperit. Inde „ [nempe a Deo] habet, quicumque habet &c. „ *Tom.2. Concilior. Edit. Paris. an.*1714. *pag.* 1098. *seq.*

(1) *Isaiæ Cap.*26. „ Omnia opera nostra operatus es in „ nobis Domine „. *Joh.3.* „ Nemo habet quidquam, nisi illi „ datum fuerit desuper „. *Ep. ad Philipp. cap.*2. „ Deus est, „ qui operatur in nobis velle, & perficere &c. „ Adeundus S.Leo Magnus *serm.*37. *cap.*3. *quo loco scribit*: „ Dicente Domino, sine me nihil potestis facere, dubium non est, hominem bona agentem ex Deo habere, & effectum operis, & initium voluntatis. Unde Apostolus copiosissimus „ fidelium cohortator: Cum timore, inquit, & tremore „ vestram salutem operamini: Deus enim est, qui operatur in vobis, & velle, & operari pro bona voluntate: & „ hæc sanctis caussa est tremendi, atque metuendi, ne ipsis „ operibus pietatis elati, deserantur ope gratiæ, & remaneant in infirmitate naturæ „: & S. Gregor. *lib.*1. *in Ezechiel.Homil.*9.*n.*1.*seq.pag.*1250. *Tom.*1.*Edit.Paris.an.*1705.

perationem hominis in ſalutis negotio Palafoxius eſt. Vidit hæc Sycophanta. Itaque ne convinceretur rurſum calumniæ, eadem, ut alia perplura, ſilentio involvenda duxit. At ferendum non eſt, quod Palafoxius ſcribit, *noſtrum eſt operari contra te*. Quid? An peccator, ut gratia præveniatur, quidquam afferre meriti poteſt, aut non demeriti ſolet de ſuo? De ſuo certe nihil boni, quod ad ſalutem conducat, afferre poteſt; cum poſſit afferre, quod contra Deum ſit, & obſtet ſaluti ſuæ (1)? „ Spiritus tuus bonus,

(1) *Synod. Arauſicana Canone XXV. pag.* 1102. „ Diſplicentes, amati ſumus, ut fieret in nobis, unde placeremus „. *Et Canone XXII.* „ Nemo habet de ſuo, niſi mendacium, „ & peccatum „. Jam niſi mendacium, & peccatum contra Deum ſit, ecquid umquam contra Deum erit? Addit mox Synodus. „ Si quid autem habet homo veritatis, atque „ juſtitiæ, ab illo fonte eſt, quem debemus ſitire in hac eremo „. En quod adjungit Palafoxius, & quando operamur in tuo ſervitio, totum tibi debemus. Quod ergo dicit Palafoxius, ſumtum eſt ex Synodo Arauſicana, quæ certe ab Apoſtolica Sede acceperat, probante Auguſtini dicta ex *Tract. 3. in Joh.* Quod vero addit nos bene non operari, niſi auxilio gratiæ, reſpondet Canoni XX. ejuſdem Synodi ſumto ex libro 2. S. Auguſtini contra duas Epiſtolas Pelagianorum c. 9. Tom. X. „ Multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo; „ nulla vero facit homo bona, quæ non Deus præſtet, ut faciat homo „. *Et Canone IX. ex S. Proſperi ſentent.* 12. „ Divini eſt muneris cum & recte cogitamus, & pedes noſtros „ a falſitate, & injuſtitia continemus. Quoties enim bene „ agimus, Deus in nobis, atque nobiſcum, ut operemur, „ operatur „. *Vide Epiſt. Synodi Carthaginienſis an.* 416. *ad Inno-*

„ nus, inquit Augustinus; spiritus tuus „ bonus (o Deus) non meus malus: spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, quia spiritus meus malus deduxit „ me in terram perversam. Et quid ego „ merui? Quæ mea opera bona sine tuo „ adjutorio? Unde impetrarem, dignusque essem deduci a spiritu tuo in terram „ rectam? Quæ opera mea, vel quæ merita mea? Propter nomen tuum Domine vivificabis me. Attendite ergo quantum potestis gratiæ commendationem „ (1)„. Et alio in loco (2) „ Si quærere „ voluerit ante gratiam, quid meruerit, ut „ acciperet eam; mala sua poterit homo „ invenire, non bona„. Et alibi (3) „ Ut Pau-

*Innocentium I. Tom.I. Epist.Rom.Pontif.pag.*869.*num.*2.Mitto cetera, ne sim nimius.

(1) S. Aug. *in Psal.*142.*num.*18. *pag.*1192. *Tom.*4. Confer Epist.Synodi Milevitanæ *ad Innoc.I. num.*2. *Tom.I. Epistolar. Rom.Pontif. pag.*874.*Edit.Paris. an.*1721. *Et* Epistolam quinque Episcopor.*ad eumdem Pontificem num.*8.*seq.ibid. pag.*881. & Innocentii I. *Epist. ad Synodum Carthaginiensem an.*417. *num.*3.*ibid.pag.*890.*seq.*& *num.*4.*seq. pag.*891.*seq.*Et Append. ad Epistolam 21.Cælestini I. *ad Episc.Galliar.cap.*4. 5. 6. 7. 9. *ibid.pag.*1190. *seq.* & S.Gregor.Magn. in Ezechiel. *lib.*1. *Homil.*9. *num.*1. *seq. pag.*1249. *Tom.I.Op.*& *lib.*23. inJob. *cap.*6. *num.*13. *seq.pag.*736. *seq.*

(2) *Epist.*186. *al.*106. *ad Paulinum cap.*2. *num.* 6. *pag.*506. *Tom.*2.

(3) *Lib. de Gratia*, & *lib. Arbitr. cap.* 5. *num.* 12. *p.*478. *Tom. X.*

„ Paulus de Cælo vocaretur, & tam ma-
„ gna, & efficaciſſima vocatione conver-
„ teretur, gratia Dei erat ſola, quia me-
„ rita ejus (Pauli) erant magna, ſed ma-
„ la &c. „. Age vero, ſi quid boni, quod ad ſalutem conferat, operetur homo, an non habet a gratia, ut id ipſe operetur (1), quemadmodum Patres, Scripturæque poſtulant? Quid? Si ab gratia deſeratur, agere ne virtute ſua quidquam poterit, quod viam ad ſalutem paret? Nihil minus. At agere contra poteſt, quod adverſarium Deo ſit,

P & per-

(1) Confer Canones Synodi Arauſicanæ, quos ſupra deſcripſimus. Præterea Innocentius I. Epiſt. ad Patres Synodi Carthaginienſis num. 4. pag. 891. negat „ niſi gratia in
„ nos implorata deſcendat, terrenæ labis nos, & mundani
„ corporis vincere conari errores; cum pares nos ad reſi-
„ ſtendum non liberum arbitrium, ſed *Dei ſolum facere*
„ poſſit *auxilium* „. Et Zoſimus Pontifex, ut eſt in Appendice Epiſt. Cæleſtini Papæ ad Gall. Epiſc. *cap. 9. pag.* 1191. Eſt autem in ea Append. Capitulorum Apoſtolicæ Sedis hoc modo: „ Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipſo
„ libero operatur arbitrio, ut ſancta cogitatio, pium con-
„ ſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia
„ per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſu-
„ mus. Ad hanc enim nos Profeſſionem idem Doctor (Zo-
„ ſimus) inſtituit, qui cum ad totius Orbis Epiſcopos de
„ Divinæ gratiæ opitulatione loqueretur: quod ergo, ait,
„ tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In
„ omnibus igitur actibus, cauſſis, cogitationibus, motibus
„ adjutor, & protector orandus eſt. Superbum eſt enim,
„ ut quidquam ſibi humana natura præſumat &c. „ Loca Sacrarum Litterarum, ac Patrum, quid poſtulent, ſupra conſtitit.

& perniciem inferat, ut est perspicuum. Recte ergo dictum a Palafoxio est: *nuestro es obrar contra vos*. Quaero modo, an propterea non cooperetur homo gratiæ Dei, aut ejus lædatur inde arbitrium, quod a gratia inducatur, moveaturque, ut id operetur, quod ad justificationem, salutemque conducat? Cooperari certe ajunt Patres (1); aitque, ut vidimus, Palafoxius. Quid ergo est, quod hunc reprehendendum; illos contra laudandos, ut sane sunt laudandi, Accusator putet? Sed hoc urit Veteratorem, quod Palafoxius, nosque ipsi Sanctos sequuti Patres, Scripturarumque oraculis insistentes defendimus, præveniri voluntatem hominis a Divina gratia *operante* in nobis *velle*, & *perficere*; adjuvarique ad recte, pieque agendum; quam ille gratiam, Cælestium, Pelagiumque sequutus, suoque arbitrio libero, potestateque naturæ confidens, ne in negotio quidem salutis admittendam ingratus videtur velle.

Ac de tertio. LXXVIII. Ad tertium Palafoxii locum progreditur Veterator, quo sane in loco e §. LI. hæc habentur.

Quien

(1) Id sane perspicuum est ex innumeris Patrum, Scripturarumque locis, quæ, cum notissima sint, prætermittuntur.

„ Quien pone toda la costa, „ o gran Dios mio, en mi salvacion, si no vos Autor de „ todo mi bien? Que pongo „ yo, sino repugnancia, y „ resistencia a vuestras inspiraciones? Quando bien „ ponga obras buenas, a „ quien se debe el ponerlas? „ Quien me ayuda, y me „ socorre? Todo el caudal es „ vuestro, Dios mio, en esta „ espiritual compañia. Yo „ pongo las llagas, vos la „ medicina; yo la muerte, „ vos la vida; yo las culpas, „ vos la gracia; porque aunque es verdad, *quæ yo obro* „ *todo aquello*, *que vos me* „ *mandais*, que en lo bueno „ obre (quando *obro aquello*, „ *que vos me mandais*), *pero* „ *vos me dais el saberlo obrar*, „ *y el obrarlo*, y todo lo debo „ a vos, o liberal compañero „.

Quis facit omnem impensam, o summe Deus, in salute mea, nisi tu auctor totius mei boni? Quid ego pono, nisi repugnantiam, & resistentiam tuis inspirationibus? Quamvis autem ponam opera bona, cui debetur illud ipsa ponere? Quis me adjuvat, & mihi succurrit? Totum capitale tuum est, mi Deus, in hac spirituali societate. Ego pono vulnera, tu medicinam; ego mortem, tu vitam; ego culpas, tu gratiam: quia etsi verum est, quod ego operor totum id, quod tu jubes, ut in bono ego operer [quando operor illud, quod tu mihi jubes], tu tamen das mihi, ut sciam illud operari, & illud operer, & totum tibi debeo, o socie liberalis.

Quid hæc? Annon sunt Thomæ (1), Augustini

(1) *Lect.3. in cap. 8. Epist. ad Rom.* „ Quicumque spiritu „ Dei aguntur. Illa enim agi dicuntur, quæ quodam superiori instinctu moventur: Unde de Brutis dicimus, „ quod non agunt, sed aguntur, quia a natura moventur, „ & non ex proprio motu ad suas actiones agendas. Similiter autem homo spiritualis, non quasi ex motu propriæ „ voluntatis, principaliter, sed ex instinctu Spiritus Sancti „ inclinatur ad aliquid agendum... Non tamen per hoc „ excluditur, quin viri spirituales per voluntatem, & liberum arbitrium operentur, quia ipsum motum voluntatis, & liberi arbitrii Spiritus Sanctus in eis causat, secundum illud Philipp. 2. Deus est, qui operatur in vobis „ velle, & perficere „. De merito confer, quæ S. Doctor scri-

stini (1), Synodi Arausicanæ (2), Innocentii (3), Zosimi (4), Cælestini (5), Leonis

scribit *ibid. Lect.3. in cap.9.* De usu gratiæ, deque bono usu liberi arbitrii, *ibid.* De sensu, quo actio tribuitur principali agenti, hoc est Deo, *ibid.* De gratia, quæ non secundum hominum merita detur, *ibid.*

(1) Confer S.August. *lib.1.Retractat. cap.22. n.4. Tom.1. Opp. quo loco*. „ In potestate hominis est mutare in melius „ voluntatem, sed ea potestas nulla est, nisi a Deo detur, „ de quo dictum est, dedit eis potestatem filios Dei fieri. „ Cum enim hoc sit in potestate, quod, cum volumus, facimus, nihil tam in potestate, quam ipsa voluntas est, „ sed præparatur voluntas a Domino. Eo modo ergo dat „ potestatem „. *Et cap.23.* quo Veterator abutitur *num.2.* „ Utrumque nostrum est [credere, & operari] propter arbitrium voluntatis, & utrumque tamen datum est per „ spiritum fidei, & caritatis „. Et *n.3.* „ Utrumque ipsius „ (Dei) est, quia ipse præparat voluntatem, & utrumque „ nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Ac per hoc, „ quod etiam postea dixi, quia neque velle possumus, nisi „ vocemur; & cum post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra, & cursus noster, nisi Deus, & vires „ currentibus præbeat, & perducat, quo vocat; ac deinde subjunxi: manifestum est ergo, non volentis, neque „ currentis, sed miserentis Dei esse, quod bene operamur, „ omnino verissimum est „. Consule cetera S. Doctoris loca, quæ mox proferam. Confer interea *lib. de Grat. & lib. Arbitr. cap.16. n.32.*

(2) *Can. 9. & 22. Tom. 2. Concilior. Edit.Paris. an.* 1714. *pag.*1099. *seq.*

(3) Vide Append. ad Epist.21. Cælestini I. *ad Episc.Gall. cap.4.5.& 6. & 7.* quibus testimonia Innocentii I. comprehenduntur,*pag.*1189.*seq.Tom.I. Epistolar. Rom. Pontif. Edit. Paris. an.*1721.

(4) *Ibid. cap. 9.* affertur Zosimi locus, quo efficitur: „ Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, „ omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit; quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus „.

(5) *Ibid.*

nis (1), Gregorii (2), Isaiæ (3), Pauli (4)? Quis autem neget, *totum* esse *pretium* salutis nostræ Christum, ab eoque proinde poni totum pretium salutis nostræ (5)? A pecca-

 tore

(1) „ Dabit [Deus] quod petitur, qui dedit, unde peteretur „. S. Leo *serm. 35. pag. 94. & serm. 37. pag. 98.* „ Dicente Discipulis suis Domino: sine me nihil potestis facere, dubium non est, hominem bona agentem, ex Deo „ habere, & effectum operis, & initium voluntatis „. At hominem operari ibid. Leo animadvertit. Quid? Annon id etiam animadvertit Palafoxius?

(2) *Lib. 18. in Job. cap. 40. n. 63. Tom. I. pag. 585. Edit. Paris. an. 1705.* „ Ex aspiratione gratiæ virtutum opera protinus in „ corde generantur „. Et paulo post. „ Hominis meritum „ superna gratia, non, ut veniat, invenit, sed postquam „ venerit, facit; atque & ad indignam mentem veniens „ Deus, dignam sibi exhibet veniendo, & facit in ea meritum, quod remuneret, qui hoc solum invenerat, quod „ puniret „. At S. Pontifex dixerat: „ ut ex libero quoque „ arbitrio subsequatur actio „. Verum hoc idem centies Palafoxius dixit, ut supra ostensum est.

(3) Isaiæ *cap. 26.*

(4) S. Paulus *Epist. ad Philipp. c. 2. v. 12. & Ep. ad Rom. c. 9.*

(5) S. Aug. *lib. de Dono Persever. cap. 13. n. 33.* „ Deus est, „ qui operatur in nobis, & velle, & operari pro bona voluntate. Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur, „ & velle: nos ergo operamur, sed Deus in nobis operatur, & operari pro bona voluntate. Hoc nobis expedit „ & credere, & dicere, hoc est pium, hoc verum, ut sit „ humilis, & submissa confessio, & DETUR TOTUM DEO „. Et *c. 6. n. 12.* „ Tutiores vivimus, si TOTUM DEO DAMUS, „ non autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus „. Affert inde egregium S. Martyris Cypriani locum ex *lib. de orat. Dominica*. Abeat modo Sycophanta, atque Augustinum accuset, perinde ac si S. Doctor cooperationem nostram sustulerit. Potuit ergo Palafoxius, & totum Deo tribuere, & cooperationem tueri, ut reipsa, quod est ostensum, tuetur.

tore vero, viribus naturæ, ecquid hi Patres &c. afferri posse ajunt, quod ad salutem sempiternam ducat, aut mereatur dona gratiæ? *Mala* quidem *merita*, quibus ea dona peccator non mereatur, hoc est, vulnera, culpasque afferri ab eo testantur (1) posse; merita contra bona, non posse. Ceterum & interiori gratiæ

(1) S. Aug. *in Psal.*58. *serm.*2. *n.*11. „ Quid eram, nisi „ subvenires? Quam desperatus eram, nisi curares? Ubi „ jacebam, nisi advenires? Certe ingenti vulnere periclitabar, sed vulnus meum Medicum omnipotentem requirebat ... Cogitate, quod dictum est, præveniet me. Si „ aliquid tuum primum attulisti, & ex tuo aliquo bono „ primo Dei misericordiam meruisti, non te prævenit, quando autem vel intelligis, quia præventus es, nisi intelliges, quod ait Apostolus: quid enim habes, quod non „ accepisti; si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non „ acceperis? Hoc est misericordia ejus præveniet me. Denique attendens omnia bona quæcumque habere possumus, „ sive in natura, sive in instituto, sive in ipsa conversatione, in fide, in spe, in caritate, in bonis moribus, in „ justitia, in timore Dei, totum non esse, nisi ex illius donis, ita concludit: Deus meus misericordia mea „. Mitto cetera Augustini. S. Gregorius Magnus *lib.* 18. *in Job. cap.*40. *num.*62. „ Ad hoc pretium damus, ut ejus vice rem, „ quam appetimus, possidere debeamus. Quid autem nos „ dedimus (seu quid in hanc societatem spiritalem contulimus), ut hanc sapientiam, quæ Christus est, percipere „ mereremur? Gratia quippe redemti sumus. Illa namque „ sola opera male vivendo dedimus, quibus si justa retributio servaretur, non Christus, sed supplicia redderentur. „ Sed aliud homo per justitiam meruit, aliud per gratiam „ accepit. Testetur Paulus, priusquam mens illius semen „ gratuitæ veritatis acciperet, quibus sensibus premeretur „ erroris ... Qui ergo veniente sapientia impii inventi sumus, quid boni operis dedimus, quo accipere eamdem „ sapientiam mereremur „?

tiæ *resisti* plerumque a peccatore, Palafoxius hoc ipso, quem Accusator carpit loco, fatetur; & *poni ab homine adjuto divina gratia, poni*, inquam, *opera bona, & hominem scire, atque operari, quod* (1) *jubet Deus: Pongo yo*, inquit, *repugnancia, y resistencia a vuestras inspiraciones: quando bien ponga obras buenas, yo obro todo aquello, que vos me mandais, que en lo bueno obre*. Quidquam ne desiderari ad cooperationem indicandam potest disertius? At nostra esse opera illa Palafoxius negat. Itane vero? An qui se operari scribit, quod jubet Deus, ut Palafoxius certe scribit, is ab se agi, suumque opus esse inficiatur, quod se agere, operarique affirmet? Est id, uti quisque perspicit, monstri simile. Atqui, dicet Accusator, ab *justificato* homine nihil in ea spiritali societate Palafoxius poni statuit,

(1) S. Aug. *lib. de Gratia Christi cap.* 12. *num.* 13. „ Qua „ gratia agitur, non solum, ut facienda noverimus, verum „ etiam ut cognita faciamus; nec solum ut diligenda cre- „ damus, verum etiam ut credita diligamus „. Et libro de Correptione, & Gratia *cap.* 2. *n.* 3. „ Gratia Dei per Je- „ sum Christum Dominum nostrum, qua sola homines li- „ berantur a malo, & sine qua nullum prorsus sive cogi- „ tando, sive volendo, & amando, sive agendo faciunt „ bonum, non solum ut monstrante ipsa, quid faciendum „ sit, sciant, verum etiam, ut præstante ipsa, faciant cum „ dilectione, quod sciunt „. Vide etiam *lib. de Dono Persever. cap.* 13. *num.* 33.

tuit, præterquam *resistentias*, vulnera, culpas, mortem. Jam hoc primum Veterator confiteatur necesse est, *resisti* interdum, Palafoxio teste, *gratiæ interiori*: quare se, qui Ven. Virum accusarit, ac si *resisti numquam interiori gratiæ* dixisset, accusasse, ut proprium est sycophantarum, mendaciter. Deinde qua demum fronte de justificato homine disseri a Palafoxio statuet? *Vulnera* ne is *ponat*, *culpas*, *mortem*, cujus jam sanata sint vulnera, remissæ culpæ, restituta vita; quique, ut Palafoxius idem scribit, *operetur totum id*, *quod Deus jubet in bono*, *ut operetur?* Dicet fortasse Accusator, nihil se tale Palafoxio objecisse. Sed qua confidentia? Nisi enim id exprobrare Ven. Præsuli voluisset, quæ caussa fuit, cur Canonem XXXII. Sess. VI. Synodi Tridentinæ opponeret: „ Si quis dixerit, *hominis justificati*
„ bona opera ita esse dona Dei, ut non sint
„ etiam bona ipsius justificati merita; aut
„ ipsum justificatum bonis operibus, quæ
„ ab eo per Dei gratiam, & Jesu Christi
„ meritum, cujus membrum est, fiunt,
„ non vere mereri augumentum gratiæ,
„ vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ,
„ si tamen in gratia decesserit, consequu-
„ tionem, atque etiam gloriæ augumen-
tum,

„ tum, anathema sit „? Non moror, quod addit Sycophanta de Palafoxii loco, in quo est, *creari in nobis id*, *quo servimus Deo*. Nam ea de re me supra scripsisse (1) memini. Pergamus ad cetera, quæ idem Veterator jactat.

LXXIX. Locus est quartus ex §. LIV. Epistolæ Palafoxianæ. Et de quarto.

„ O dichosa disposicion de vuestra Providencia, y profunda inconprensibilidad de vuestra sabiduria, que sendo assi, que toda nostra salvacion no puede tener fundamento alguno en nuestro derecho, ni en la fuerza de nuestra justicia, ni en el merito de una pura criatura; le hais vos dado, misericordioso Señor mio, un

O faustam tuæ Providentiæ dispositionem, *profundamque incomprehensibilitatem tuæ sapientiæ, quod cum ita sit*, *ut salus nostra* nequeat ullum habere in jure nostro, neque in virtute nostræ justitiæ fundamentũ, neque in puræ creaturæ merito; *tu*, *misericors mi Domine*, *dedisti illi tutum* fun-

(1) Vide supra §.60. Vellet scilicet Veterator, ut Berruyerum quisque sequatur: caveatque, ut ne verbis quidem utatur Apostoli. Contra Scholæ Orthodoxæ statuunt. Itaque Lemosius Thomisticæ Scholæ adsertor, & vindex, *Panopl. lib.4. P.2. Tract.4. cap.20.* „ Tandem illud Pauli Apostoli ad Ephesios 2. *Ipsius enim sumus factura creati in operibus bonis*, *quæ præparavit Deus*, *ut in illis ambulemus*, manifeste efficaciam divinæ gratiæ, qua nos Deus creat, in operibus nostris ostendit &c. efficaciam a libero arbitrio minime dependentem. Ad hanc enim dependentiam omnino excludendam, usus fuit Apostolus verbo *creare*, ut intelligamus, quod sicut virtus, qua quis creatur, a creatura non pendet in efficacia sua, ita virtus, qua Deus nos creat in operibus bonis, a nobis in sua efficacia non pendet. Unde S. August. *in Enchirid. cap. 32. &c.* „

„ un fecuro fundamento, immo-
„ bil, y incontraftable, immu-
„ table, y en que no puede ca-
„ ber alteracion fubftancial, ni
„ accidental, que es vueftra mif-
„ ma bondad, y piedad fobrein-
„ finida „.

fundamentum, *immobile*, *indubitatum*, *immutabile*, *&* *in quod cadere alteratio non poffit fubftantialis, neque accidentalis* (idque fundamentum) *eft ipfa tua bonitas, & pietas fuperinfinita*.

Apoftoli fententiam damnat Accufator ajentis: „ Non ex operibus juftitiæ, quæ fecimus nos, fed fecundum fuam mifericordiam *falvos* nos fecit „ (1). Quid ergo? An non meremur? Ita fane; fed quo fundamento, aut cujus virtute? Aliudne fundamentum conftituet Accufator, præter id quod pofitum eft, quod eft Chriftus Jefus? „ Quod ergo eft meritum hominis, *inquit* „ *Auguftinus in Epiftola ad Sixtum*, ante „ gratiam, quo merito percipiat gratiam, „ cum *omne bonum meritum noftrum* non „ in nobis faciat, nifi gratia; & cum Deus „ coronat merita noftra, nihil aliud coro- „ net, quam munera fua? Sicut enim ab „ initio fidei mifericordiam confequuti fu- „ mus, non quia fideles eramus, fed ut „ effemus; fic in fine, quo erit vita æter- „ na, coronabit nos, ficut fcriptum eft, „ *in miferatione*, *&* *mifericordia*. Non itaque

(1) Epift. ad Tit. *cap.* 3. *&* 4. *&* 5. Vide S. Aug. *Enarrat.* 2. *in Pfal.* 18. *num.* 2. *Tom.* 6. Et in Pfalm. 142. *num.* 18. *Tom.* 4.

„ que frustra Deo cantatur : *& misericordia* „ *ejus præveniet me , & misericordia ejus* „ *subsequetur me*. Unde & ipsa vita æterna, quæ in fine sine fine habebitur, & „ ideo *meritis præcedentibus redditur*; tamen quia eadem merita, quibus redditur, „ non a nobis *parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam*; „ etiam *ipsa gratia nuncupatur*, non ob „ aliud, nisi quia gratis datur, nec ideo „ quia non meritis datur, sed quia data „ sunt & *ipsa merita, quibus datur*. Ubi „ autem invenimus, etiam vitam æternam „ gratiam nuncupari? Habemus apud eumdem gratiæ magnificum defensorem Apostolum Paulum: *Stipendium*, inquit, „ *peccati mors est; gratia autem Dei vita* „ *æterna in Christo Jesu Domino nostro* (1) „. Similia sunt horum, quæ pluribus aliis locis (2) complexus is Doctor sanctissimus est; cujus scribendi rationem sequuti sunt S.Thomas, & Alensis, & Scotus (3); ac Synodus Tri-

(1) *Epist.*194. *al.*105. *num.*19. *cap.*5. *Tom.*2.

(2) *De Grat. & lib. Arb. cap. 6. num.*14. *seq. Tom. X. lib. de Corrept. & Gratia cap.* 13. *num.* 41. *Tom. X. Tract.* 3. *in Johan. num.*3. *&* 8. *seq. Tom.*3. *P.*2.

(3) S.Th.*Lect.*3. *in c.*9.*Ep. ad Rom.*„Etiam bona merita, „ *inquit*, sunt homini a Deo, & sunt prædestinationis effectus „. Et paulo post. „ Omne Dei beneficium, quod homi-

Tridentina probans, *Sess.* XVI. *cap.* VI. „ Ab-
„ sit, *inquit*, ut Christianus homo in seipso
„ vel confidat, vel glorietur, & non in Do-
„ mino, *cujus tanta est erga omnes homines*
„ *bonitas, ut eorum velit esse merita, quæ*
„ *sunt ipsius dona* (1) „.

LXXX.

„ homini confert ad salutem, est divinæ prædestinationis
„ effectus. Divinum autem beneficium non solum extendit
„ se ad infusionem gratiæ, qua homo justificatur, sed etiam
„ ad gratiæ usum ... Et ideo dicitur Isaiæ 26. Omnia o-
„ pera nostra operatus es in nobis Domine ... Sic igitur
„ ipse usus gratiæ est a Deo „. Confer Summ. Theolog. 1. 2.
quæst. 114. *art.* 3. & 4. & 9. Alexander Alensis *III. P. Q. LXI. Membro VI. Artic. III. pag.* 264. *versa*. „ Secundum rationem
„ generalem producitur opus MERITORIUM tripliciter:
„ quia hæc ratio generalis est tripliciter secundum triplicem
„ rationem causalitatis, scilicet finalis, exemplaris, &
„ EFFICIENTIS. Secundum rationem finis, qui finis
„ est summa bonitas, GRATIA in caritate PRODUCIT
„ OMNE MERITUM, unde considerando finem, sci-
„ licet summam bonitatem, sic omne meritum est ex CA-
„ RITATE, seu EX GRATIA in CARITATE, & se-
„ cundum hoc dicitur caritas mater virtutum. Secundum
„ rationem exemplaris, sic GRATIA in FIDE PRODU-
„ CIT OMNE MERITUM in omni virtute ... Secun-
„ dum rationem EFFICIENTIS, SIC GRATIA IN RA-
„ TIONE GRATIÆ PRODUCIT OMNE OPUS ME-
„ RITORIUM, QUIA COMPARATUR AD ANI-
„ MAM, UT MOTOR „. Confer Scotum *in II. Sententiar. Dist. XXXVII. Quæst. II. pag.* 416.

(1) *Synod. Trid. ibid.* „ Cum Christus tamquam caput in
„ membra, & tamquam vitis in palmites, in ipsos justifi-
„ catos jugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum
„ opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur,
„ & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse pos-
„ sent; nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est,

quo

LXXX. At verbis, quibus utitur Palafoxius, meritum hominis funditus tollitur, contra atque Ambrosius, & Augustinus docuerint. Negatur, *Sanctos per fidem vicisse regna*, quod Apostoli Pauli oraculo repugnat. Statuitur, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam hominis ipsius bona, quæ tamen doctrina merito est reprobata a Tridentino Concilio. Verum quis non intelligat, hoc item accusationis genus confictum esse calumnia? Ubinam enim quidquam est a Venerabili Antistite scriptum simile? Misericordia quidem, ac bonitate Dei, non jure naturæ nostræ, neque merito, justitiaque, quam viribus nostris nobis paraverimus, veluti fundamento niti salutem nostram, docet; per caritatem autem, quæ diffusa per Spiritum sanctum in cordibus nostris sit, perque opera

Accusatoris calumniæ plena animadversio in quartũ eumdem Palafoxii locum.

„ quo minus plene illis quidem operibus, quæ in Deo sunt „ facta, divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse, & vi- „ tam æternam suo etiam tempore [si tamen in gratia de- „ cesserint] consequendam, vere promeruisse censeantur; „ cum Christus Salvator noster dicat: Si quis biberit ex aqua, „ quam ego dabo ei, non sitiet in æternum; sed fiet in eo „ fons aquæ salientis in vitam æternam. Ita neque propria „ nostra justitia, tamquam ex nobis propria statuitur, ne- „ que ignoratur, aut repudiatur justitia Dei. Quæ enim „ justitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem ju- „ stificamur, illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infun- „ ditur per Christi meritum „.

ra bona caritate formata, quæ facimus, non mereri nos, idque meritum non esse nostrum, tam non docet, ut contra esse item hæc nostra merita, quod paulo post demonstrabimus, plane doceat.

Quintus Palafoxii locus ab Accusatoris calumnia vindicatur. Quam insigni fraude Accusator illustria Palafoxii loca, quæ ad institutum spectant, supprimens, silentio præterierit.

LXXXI. Extremus locus, quo abutitur Accusator, hujusmodi est ex Epistolæ Palafoxianæ §. VI.

„ Hazed, Dios y Señor mio, que „ toquemos con las manos.. que „ todo nuestro bien es vuestra „ gracia,.. que toda nuestra „ corona es vuestra misericor„ dia, y que de sola ella nace „ la *remuneracion* de vuestra *ju„ sticia* á las obras, que con „ vuestra gracia hacemos „.

Fac Deus, & Domine mi, ut veluti manu tangamus .. totum bonum nostrum esse tuam gratiam .. totam nostram coronam esse tuam misericordiam; & ex ea sola oriri remunerationem tuæ justitiæ ad opera, quæ tua gratia facimus.

COOPERAMUR ergo, gratiæ, Palafoxio teste, si, ut is ait, JUSTITIA sua *remuneratur Deus OPERA, quæ FACIMUS sua DIVINA GRATIA* (1): *quare in meritis nostris coro-*

(1) En quo sensu Vir Ven. dixerit, totam nostram coronam esse Dei misericordiam: nempe, quia Dei gratia nos facit facere, adjuvatque, ut faciamus ea, quæ Dei justitia in nobis remuneratur. Huc autem recidunt Ss. Aug. Thomæ, & Synodi Tridentinæ, quæ attulimus, testimonia, quibus consonat, quod scriptum a S. Gregorio Magno est in 1. *lib.* in Ezechiel. *Homil.9.* „ Paulus cum discipulos admo„ neret, dicens: cum metu, & tremore vestram ipsorum „ salutem operamini; illico quis in eis hæc ipsa bona opera„ retur, adjunxit, dicens: Deus est enim, qui operatur in

coronari Dona Dei, dictum ab Augustino Scripturæ sacræ auctoritate nixo est, Patres, qui deinceps floruere, consectati sunt, probavitque, ut vidimus, Synodus Tridentina? Nam si nos nihil mereremur; corona non JUSTITIÆ opus, sed miserationis solius esset. Verumtamen fuerit Accusator tam

„ in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate. Hinc „ est, quod ipsa Veritas discipulis dicit, sine me nihil potestis facere. Sed in his considerandum, quia bona nostra, si omnipotentis Dei dona sunt, ut in eis aliquid nostrum non sit, cur nos, quasi pro meritis æternam retributionem quærimus? Si autem ita nostra sunt, ut Dei omnipotentis non sint, cur ex eis omnipotenti Deo gratias agimus? Sed sciendum est, quia mala nostra solummodo nostra sunt; bona autem nostra, & omnipotentis Dei sunt, & nostra; quia ipse aspirando nos prævenit, ut velimus, qui adjuvando subsequitur, ne inaniter velimus, sed possimus implere, quæ volumus. Præveniente ergo gratia, & bona voluntate subsequente, hoc quod omnipotentis Dei donum est, & meritum nostrum. Quod bene Paulus brevi sententia explicat, dicens: plus illis omnibus laboravi: qui ne suæ videretur virtuti tribuisse, quod fecerat, adjunxit: non autem ego, sed gratia Dei mecum: quia enim cælesti dono præventus est, quasi alienum se a bono suo opere agnovit, dicens, non autem ego. Sed quia in eo gratia liberum arbitrium fecerat in bonum, quo libero arbitrio eamdem gratiam est subsequutus in opere, adjunxit: sed gratia Dei mecum. Ac si diceret, in bono opere laboravi non ego, sed & ego. In hoc enim, quod solo Domini dono præventus sum, non ego; in eo autem, quod donum voluntate subsequutus, & ego. His igitur breviter contra Pelagium, & Cælestium „ (adderet, si inter nos viveret, & contra Palafoxii Accusatorem) „ dictis, ad exponendi ordinem redeamus. Confer & *lib.* 16. *in Job.cap.*25.*n.*30.*pag.*512.*&* *lib.*18.*cap.*40.*n.*62.*pag.*585.

tam ignarus rerum, tam hebes, tam impos mentis, ut nisi ab iis, qui *cooperationis*, *meritorumque* nostrorum, distincte, explicate, *expresse*, ut ajunt, meminerint, a nemine admitti cooperationem, ac merita nostra putaverit; at legendo saltem comperire potuisset, & *cooperationis* nostræ, & *meritorum*, quæ nobis Dei gratia adjuti paraverimus, factam a Palafoxio in sua ipsa Pastorali Epistola dilucide fuisse, distincte, *expresse* mentionem. Quo enim, quæso, spectare censet hæc Ven. Viri ex §. v. verba?

„ Vos, Señor, me haceis comenzar, profeguir, y acabar en lo bueno. Vos, Señor, me haceis andar, buscar, y allar lo mejor; yo os obedezco [si os obedezco, y vos mandais] *y aunque yo obro*, vos lo haceis, y *por vos lo ago; no porque aquella obra no sea mia*, sino pourque aquella gracia es toda vuestra, y de tal suerte toda vuestra, que sin ella nada pudiera hacer de bueno mi flaca, y torcida voluntad. Sine me &c. „

Tu Domine facis me incipere, prosequi, & finire in bono. Tu Domine, facis me ire, quærere, & invenire, quod melius est. Ego tibi obedio [dum tibi obedio, & tu jubes] & quamvis ego operor, tu id agis, & per te id ago; non quod illud opus non sit meum, sed quod illa gratia tota est tua, & ita quidem tota tua, ut sine illa nihil boni posset agere debilis mea, & incurvata natura „ sine me nihil „ potestis facere „.

Ago igitur, Palafoxio teste, atque etsi Dei gratia adjutus agam, ago tamen ita, & ita *operor*, ut *aquella obra*, *ILLUD OPUS*, *sea mia*, *sit MEUM*. Jam vero gratia, qua adjutus ago, & si-

& fine qua nihil boni, quod conferat ad justificationem, salutemque, possum agere; ea, inquam, gratia tota est Dei; sed, cum hac ipsa adjutus sic *agam*, ut quod *ago*, *opus* sit etiam *meum*, quî id agam, nisi *cooperans* gratiæ? Ponit ergo Palafoxius *cooperationem*. Quid? si idem §. XLVI. scribat?

„ Conozco, que el serviros, y „ adoraros, yo lo admito, yo „ lo obro „.	*Cognosco, quod servire tibi, & adorare te, ego admitto, ego operor.*

Id tamen se sine Deo operari non posse, statim animadvertit; *y sin vos*, inquit, *ni obrara*, *ni os serviera*. Itaque si servire hominem Deo; bonumque operari, sed munitum præsidio divino, dixit, quis neget, eo teste, *hominem gratiæ divinæ cooperari?* Jam vero §. LV. annon est in hanc sententiam loquutus?

„ Nosotros *obramos*, pero vos „ nos dais, que obremos: nosotros *merecemos*, pero vos „ nos dais, que merezcamos: „ nos otros padecemos, pero „ vos nos dais, que meritoriamente padezcamos; y este „ padecer, y merecer no pudiera ser, *si no huviera precedido vuestro padecer*, *y merecer*, por que no pudiera ser, „ que todos los hombres juntos, sin vos, y sin vuestra gra-	*Nos operamur, sed tu das nobis, ut operemur: nos meremur, sed tu das nobis, ut mereamur: nos patimur, sed tu das nobis, ut meritorie patiamur; & hoc pati, ac mereri non posset esse, nisi præcessisset tuum pati, ac mereri, quia non posset esse, ut omnes homines junctim sine tua gratia possent mereri hoc mereri, neque meritorie possent pati, ne-*

„ gracia pudieran merecer el „ merecer, ni pudieran meri- „ toriamente padecer, ni ob- „ rar alguna cosa de gracia, y „ assi todo depende de vos, y de „ vuestra gracia „.

que operari rem ullam gratiæ; atque sic totum abs te, atque a tua gratia pendet.

Quid? Nos *operari* idem ne erit, ac nos non *operari?* Nos *mereri*, non idem erit, ac nos *mereri?* Nos *pati meritorie*, diversum quidpiam a *pati meritorie* arbitrabimur? Quod si *operari* nos, *mereri*, pati *meritorie*, idem est, ac *opera nostra*, *merita nostra*, *meritorium pati nostrum* fateri; quis tam effuse petulans, atque effrons erit, ut negari a Palafoxio *opera*, *meritaque* nostra calumnietur? At *a Deo dari* Palafoxius dixit, *ut operemur*, *ut mereamur*, *ut meritorie patiamur*. Quid? Hoc idem non dicit Augustinus, non dicit Thomas, non dicit Gregorius, non dicunt Patres ceteri, non dicit Synodus Tridentina, non dicit denique Paulus, cum superbos, ingratosque arguens: *quid*, inquit, *habes*, *quod non accepisti*; *si autem accepisti*, *quid gloriaris*, *quasi non acceperis?* Quem Apostoli locum a Patribus, a Synodis, a Pontificibus Maximis fuisse tam sæpe inimicis gratiæ objectum, liquet, ut eo quasi telo quodam error confoderetur. Sed totum gratiæ tribuit Palafoxius.

xius. *Todo nuestro bien es vuestra gracia.* Tollit ergo *cooperationem*, *& meritum*. O Accusatorem Pelagiano spiritu incitatum! Annon totum Deo perinde tribui vidimus ab Augustino, a Cypriano, a Gregorio, a Paulo? Quisquam ne tam erit demens, ut ab iis fuisse homini *cooperationem* ademtam statuat? At hi Patres, Pontifices, Synodi &c. eatenus totum tribuendum Deo, gratiæque dixerunt, quatenus si Christus passus non esset, neve meruisset, nos non mereremur;& nisi gratia liberum nostrum arbitrium aptum faceret ad supernaturale bonum, ac nisi adjuti gratiæ auxiliis simus,nihil operis gratiæ ageremus, atque omni proinde ad salutem consequendam merito careremus.Quid?Nonne hoc ipsum Palafoxius luculenter, aperte, manifeste testatur, atque hoc sensu se dixisse profitetur, *totum pendere a gratia?*
„ Hoc pati, ac *mereri* (mi Servator) *non*
„ *posset esse*, inquit, *nisi præcessisset tuum*
„ *pati*, *ac mereri*, quia *non posset esse*,
„ ut omnes homines junctim *sine tua gratia*
„ *possent mereri hoc mereri*, *neque merito-*
„ *rie possent pati*, *neque operari rem ullam*
„ *gratiæ*; *atque sic totum abs te*, *atque a*
„ *tua gratia pendet*„. An hoc sensu *totum a gratia divina pendere* Accusator negabit?

 Si

Si autem negarit, quo modo a Pelagii hæresi sese solutum ostendet, ac liberum? Nam & mereri hominem potuisse, sublato merito Christi; & opus *supernaturale* sine gratiæ ope agere profiteretur; quo portento opinionis nihil fuit in dogmate Pelagiano scelestius. Jam ut Palafoxius Patres, Synodos, Pontifices Maximos, Ecclesiam catholicam universam, Apostolum consectatus, gratiæ Dei adiunxerit cooperationem nostram, demonstratum est; constititque ex ea demonstratione, Accusatorem, si quid contra deinceps dixerit, pro errore Pelagii contra Ecclesiæ dogma dicturum. Quod si dixerit, non equidem mirabor. Nam ut animadversum ab Hormisda Pontifice Sanctissimo est: „ Quandonam induit humilita-„ tem *opinionibus suis vallata superbia?* „ Quando acquiescunt paci *contentionum* „ *studiis assueti*? ... Numquam apud eos ca-„ ritas .... Una pertinacis cura propositi, ra-„ tioni velle imperare, non credere. *Con-„ temptores auctoritatum veterum, novarum* „ *cupidi quæstionum .... eo usque tumoris ela-„ ti, ut ad arbitrium suum utriusque Orbis* „ *putent inclinandum esse judicium, nec in* „ *numero fidelium deputantes sequaces tradi-„ tionis paternæ, si suæ viderint cedere nol-*
le

„ *le sententiæ : Docti crimina serere , obtre-*
„ *ctationum venena componere , integrum*
„ *Ecclesiæ corpus odisse , seditiones instrue-*
„ *re , invidiam concitare &c.* (1) „

LXXXII. Hactenus de cooperatione. Nunc de merito, de quo, etsi dictum satis videri possit, nonnihil tamen addendum arbitror, quod in eo Accusator partem extremam constituerit Actionis suæ. Itaque Palafoxius §. LIV. sic habet :

De septima agitur parte capitis quartiActionis Adversariorum, quæ est de sublatis meritis justorum a Palafoxio. Demonstratur, quã sit hæc etiam referta calumniæ, doli, ac mendaciorum.

„ Quando vos, Señor mio, nos „ dais la gracia, nos debemos „ humiliar, y conocer, que es „ toda gracia ; y quando obra- „ mos, debemos reconocer, quæ „ es toda gracia, que obremos, „ y que no servimos con cosa „ alguna, que primero no ven- „ ga de vuestra mano, porque „ aunque es cierto, que mere- „ cemos en esto mismo, que con „ vuestra gracia obramos (2), pe- ro

Quando tu, Domine, das nobis gratiam, nos ipsi debemus nos humiliare, & cognoscere, totam esse gratiam; & quando operamur, debemus agnoscere, totam esse gratiam, quod operemur, & servire nos re nulla, quam prius e tua manu non veniat, quia etsi certum est nos mereri in hoc eodem, quod tua gratia operamur; ta-

(1) *Ep.*XI.*ad Possess.To.*II.*Concilior.p.*1039.*Ed.Par.*1714.
(2) S. Greg. *lib.*33. *in Job. cap.*21. *num.*39. 40. *pag.* 1101. „ Liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum „ mens a terrenis desideriis gratia aspirante suspenditur. „ Bonum quippe, quod agimus, & Dei est, & nostrum. „ Dei per prævenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei „ gratias in æternum agimus? Si enim rursum nostrum non „ est, unde nobis retribui præmia speramus &c. „? Idem in Ezechiel. *lib.*1. *Homil.*5. *n.*16. *p.*1212. „ Reddamus Creatori nostro gratias de bonis, quæ accipimus, eique cum „ Isaia Propheta suppliciter dicamus, omnia opera nostra „ operatus es in nobis. Bona enim nostra ejus sunt opera; „ cujus visceribus non suffecit, ut nos erigeret, nisi & semetipsum pro nobis inclinaret „.

„ ro eſtos meritos ſe deben a „ vueſtros meritos ; eſtas penas „ a vueſtros trabajos , eſte amor „ a vueſtro amor , eſta gracia a „ vueſtra gracia. Que tiens hombre, dice el vaſo de vueſtra eleccion, que tu no hayas recebido ; y ſi primero lo recibiſte, „ de que te deſvaneces, como „ ſi no lo huvieras recebido „?

tamen hæc merita debentur tuis meritis, hæ pœnæ tuis laboribus , hic amor amori tuo, hæc gratia tuæ gratiæ. Quid habes homo , inquit vas electionis tuæ , quod prius non accepiſti ? & ſi prius accepiſti , quid de re gloriaris , quaſi eam non acceperis ?

Idem in egregio opere inſcripto *Excelencias de S. Pedro Introduct. num.*15. *pag.*12. De Deo agens , inquit :

„ Solo ſu eterna ſabiduria „ puede peſar los meritos de „ las almas „ .

Ejus ſolum æterna ſapientia poteſt æſtimare merita animarum .

Perfectum id opus ab eo fuit extremo ejus vitæ anno . Qua ex re intelligitur perſtitiſſe illum ſemper in orthodoxo dogmate promendo , recteque enunciando conſtantem . Mitto cetera , ne ſim in re non neceſſaria longior . Nam quæ attulimus , plane demonſtrant , & merita ipſum agnoſſe animarum, & teſtari , certum eſſe nos mereri , ſed operari nos Dei adjutos gratia , ut mereamur , & quod mereamur , id meritis deberi Servatoris Chriſti . Jam vero cum is tam pius Antiſtes adeo explicate meritorum meminerit, atque ita quidem meminerit , ut orationem hac de re ſuam ad S. Thomæ , ad S. Patris Auguſtini , ad S. Gregorii , ad Tridentinæ

Syno-

Synodi, ut vidimus, doctrinam exegerit; quid est, quod (hisce locis aut prætermissis, aut defectis) nonnulla Sycophanta, quæ non tam essent clara, atque explicata (etsi nihil non plane orthodoxi, nihil non insigniter pii continerent) ex Epistola illa Pastorali, involvenda primum, postque nobis obtrudenda putaverit, nisi ut incautos circumveniret, iisque (composita fallacia) persuaderet, initam hoc in genere ab optimo Præsule fuisse cum Jansenianis doctrinæ societatem? Qua quidem in re vos ipsi judicatote, quam se Tripartitus Accusator similem probarit calumniatorum, quos invictus Martyr S. Cyprianus in LIX. *Epistola ad Cornelium* Pontificem Max. vehementer coarguit: ,, Romam, *inquit S. Martyr*, Ro-
,, mam cum mendaciorum suorum merce
,, navigaverunt, quasi veritas post eos na-
,, vigare non posset, quæ mendaces linguas
,, rei certæ probatione convinceret. Atque
,, hæc est vera dementia, non cogitare,
,, nec scire, quod mendacia non diu fallant.
,, Noctem tamdiu esse, quamdiu illucescat
,, dies; clarificata autem die, & sole obor-
,, to, luci tenebras, & caliginem cedere,
,, & quæ grassabantur per noctem, latro-
,, cinia, cessare ,,.

De ſcelere agitur Accuſatoris revocare in quæſtionẽ conantis, fueritne catholicus Palafoxius, an formalis hæreticus.

LXXXIII. Quamquam vero Accuſator conſcius ſibi erat, qua fide, quam ſubleſta, quam fallaci, quam improba, quibus artibus, qua injuria, quam atroci non Palafoxio ſolum, ſed Scholis etiam catholicis, ſed Patribus, Synodis, Pontificibus Maximis, ſed Scripturis conflata, verſatus fuerit in quibuslibet capitibus Actionis ſuæ; etſi horum, inquam, ſibi conſcius Accuſator erat, tamen cum tam effuſe, tamque inſigniter ſit impudens, ſic eſſe ſtudio, atque opera ſua famam omnem, quæ de Palafoxii virtute eſt, exiſtimationemque attritam, extinctam, deletam finxit, ut Apoſtolicæ Sedi, non jam, utrum poni in Sanctis Antiſtes ille debeat, ſed an formalis hæreticus fuerit, conſiderandum deinceps, deliberandumque eſſe pronunciarit. Formalis hæreticus, dico, ideſt, qui tam pervicaciter adhæſerit impiis opinionibus heterodoxorum, ut *homo Eccleſiæ* eſſe deſierit. Nam de *materiali hæretico* ſatis indicat, ſe Triglyphus Veterator non laborare; quaſi vero ex detruncatis, quæ objicit, ex vitiatis, exque alio rſum acceptis, vique inlata raptis in pejorem partem tot Epiſtolæ Palafoxianæ locis, eadem omnino, quæ Janſeniani probaverint, Ven. Virum probaſſe conſtet. Quod enim in extremo illo

me. Les lettres que nous en avons reçues tout récemment de personnes distinguées par leur rang, leurs dignités, leurs emplois, leur profession, & par leur vertu [1], & d'ailleurs, parfaitement instruites de tout ce qui s'y passe, [car au milieu des chagrins cuisans que nous avons eu a essuyer de la part de cette Mère commune des Fidéles, qui refuse depuis bien des années de nous reconnoître pour ses enfans, nous avons toujours eu la consolation d'y avoir des protecteurs zélés, qui nous ont toujours aimés, parce qu'ils ont toujours aimés la vérité & la saine doctrine; s'ils n'ont pas toujours pu suspendre & arrêter les foudres dont on a tâche de nous écraser; ce n'est pas qu'ils ne s'y soient opposés autant qu'ils l'ont pu; mais les ténébres, que la cabale persécutrice née de la vérité y avoit répandues, étoient si epaisses, qu'il ne leur a pas toujours été possible de faire revenir cette cour de son aveuglement & de son erreur à notre egard.] Quoiqu'il en soit, les lettres qui nous ont été écrites, nous apprennent que le Souverain & Grand Pontife [2], que le Seigneur a élevé sur la chaire de S. Pierre, pour gouverner son Eglise, pour en guérir les meaux, pour en reparer les brêches, pour en dissiper les rides, pour lui rendre tout l'éclat & toute la beauté de sa première jeunesse, pour rendre à ce grand fleuve, qui depuis long temps ne rouloit plus que des eaux troubles & bourbeuses, toute la liberté & toute la majesté de son ancien cours; ce grand Pape est sur le point de proposer à la vénération publique, & au culte de l'Eglise Universel, le Saint Evêque, d'abord d'Angélopolis [3], puis d'Osma en Espagne, Don Jean de Palafox, & que, secondant les voeux du Roi Catholique, & de toute l'Espagne, le St. Pére met [4] à cette importante affaire, tou-

(1) Nominet hos, si modo potest, tenebrio. Sed non potest profecto; non enim sunt ulli, quos sciamus.

(2) Vide pag. 6. *sqq. hujus Voluminis*.

(3) Hoccine quisquam existimet indicium esse futuræ nostræ cum Schismaticis Batavis conjunctionis? Id certe nemo, nisi epithetes Berruyerianus, idemque imperitus rerum, atque bardus existimabit. Non miror autem tam improbe ab Sycophanta agi de Palafoxio, cum ejus Sycophantæ similes Berruyeriani, atque ante hos Pelagiani, & Semipelagiani perinde egerint de S. Augustino.

(4) Videsne Lector, ut hic Berruyerianus nebulo iro-

toute l'activité, & tout l'empressement qu'elle mérite. Que n'ont pas fait, & que ne continuent point encore de faire les Jésuites, (donnons leur une bonne fois le seul nom, qui leur convient) ces Apôtres de l'Enfer pour en arrêter le progrés? Malgré leurs intrigues, malgré leurs complots, malgré leurs noires calomnies; car rien ne leur coûte, quand il s'agit de diffamer ceux qui se sont courageusement opposés à la perversité de leur Doctrine payenne & au relâchement scandaleux de leur morale, malgré eux la cause de ce grand serviteur de Dieu marche le plus heureusement du monde vers sa fin, & nous pouvons, sans trop nous avancer, assurer que nous sommes à la veille de sa Béatification.

C'est cette Béatification, M. T. C. F. qui fera la joie de toute l'Eglise; c'est elle, dis-je, qui est le fondement consolant de nos espérances. Comment cela, direz vous, & par quel endroit la Beatification de ce Saint & de ce sçavant Evêque, nous donne-t-elle plus lieu d'espérer, que celle de tant d'autres Serviteurs de Dieu, que l'Eglise a canonisés dans ces derniers temps? En voici la raison, M. T. C. F. C'est que ce Saint Evêque a montré durant tout le cours de sa vie un attachement constant, & invariable à nos sentimens [1]. Il les adopta dès qu'il les eut connus: & lorsqu' il se vit en place d'

in-

nia agens Regi, Pontificique injuriam inferre audeat, perinde ac si novitati studeant; solosque Jesuitas veram Ecclesiæ doctrinam tueri, & jactet, & persuadere suis Lectoribus conetur? Et id tamen genus hominum Berruyerianorum persequutionem in se concitatam dictitat, dum sese ab Apostolica Sede, Potestatibusque Christianis coercendum intelligit. Sed hic item Pelagianorum mos fuit. Confer Augustinum *lib. II. Operis Imperfecti contra Julianum Cap. CIII. pag.* 741. *Tom. X.* ubi, *vis*, inquit, *non timere potestatem? Bonum fac. Non est autem bonum, contra Apostolicum sensum exserere, & asserere hæreticum* (dicam ego *damnatum Berruyerianum*) *sensum. Quid adhuc quæris examen, quod jam factum est apud Apostolicam Sedem... Ubi Pelagius* (addam ego, *& Berruyerus*) *vestri auctor erroris procul dubio damnatus est. Damnata ergo hæresis* (seu *resistens Apostolicæ Sedi &c. factio*) *non adhuc ab Episcopis examinanda, sed coercenda est a Potestatibus Christianis.*

(1) Vide *pag. XI. sq. Append. I. hujus Voluminis.*

instruire & d'enseigner, il se déclara le défenseur & le protecteur de la grace souverainement, & invinciblement efficace : il n'en reconnut point d'autre [1] : instruit. à fond de cette precieuse Doctrine, la seule vraie [2] la seule saine & la seule digne de J. C. il crut devoir entretenir un commerce réglé de lettres avec les grands hommes, qui vers le milieu du dernier siécle, entrepirent de la faire revivre en France [3], & qui eurent le courage de s'opposer au Pélagianisme que nos adversaires s'efforçoient d'introduire dans les écoles. Ce n'est pas tout, afin de consigner à la postérité sa profession de foi [4] sur cet important article de notre S. Religion, il crut ne pouvoir rien faire de mieux que d'adopter un tres-petit ouvrage, qu'un homme véritablement Intérieur & spirituel [5], Guillaume le Roi, Abbé de Haute-Fontaine, avoit composé sur ce sujet, & lui avoit envoyé. Il en fut si enchanté que, persuadé que son peuple en retireroit d'abondans fruits de bénédiction & de salut, il le lui adressa [6] en forme de Lettre Pastorale. Dieu de bonté & de toutes miséricordes que vos voies sont inconnues aux hommes. Qu'elles sont impénetrables! Qu'elles sont supérieures a la foiblesse de nos lumieres! Dieu grand, Dieu Saint, ques vous êtes élevé ! Que vous êtes riche en sagesse! Les trésors de votre science sont inépuisables [7]! [*O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus! Rom.XI. 33.*] Qui eut jamais crue que ce petit ouvrage, que les ennemis de toute vérité avoient trouvé le moyen de faire condamner par deux Papes, dût être un jour le nœud de notre reunion avec Rome? Telle est, ô mon Dieu, la profondeur de votre sagesse, les moyens qui nous paroissent les plus contraires à vos fins, sont ceux-la même qui deviennent entre vos mains les plus sûrs & les plus efficaces [8]!

Il

(1) *Vide Hujus Vol. pag.* 56. *sqq.* (2) Ibid. *pag.* XIX. *sqq.*
(3) Confer *hujus Vol. pag.*45. *& Append.I. pag.*XXI. *sqq.*
(4) *Append.I. pag.*XXIII. *sq. & pag.*16. *&* 19. *huj. Vol.*
(5) *Vide ibid. pag.*16. *seq. & App.I. pag.* XXVIII. *sqq.*
(6) Confer *Append.I. pag.* XXIII. *sq.*
(7) Confer *pag.*XXV. *sq. Appendicis I.*
(8) *Ibid. pag.*XXIV. *sqq.*

Il faut, M. T. C. F. vous faire ici l'histoire abrégée de ce petit ouvrage, que nous pouvons appeller miraculeux. [Nous ne croyons rien dire de trop en lui donnant ce nom] Il lui est dû a toutes sortes de titres, puisqu'il est l'instrument, dont il plait à Dieu de se servir pour opérer le miracle aussi surprenant que peu attendu de notre paix avec le S. Siege. L'Abbé Commandataire de l'Abbaye de Haute-Fontaine, au Diocese de Châlons sur Marne, Guillaume le Roi, le composa, & lui donna pour titre: *Priere pour demander a Dieu la Grace d'une veritable & parfaite conversion*. On i trouve en abrégé tous les principes les plus solides de S. Augustin & de son fidele Commentateur sur la grace, sur cette grace souverainement puissante, souverainement invincible, souverainement victorieuse de la volonté de l'homme. La misere de l'homme, & son impuissance absolue pour tout bien sans le secours [1] de cette grace, y sont peintes au naturel, & avec les couleurs les plus propres à humilier notre orgueil. La force invincible de cette grace & notre lamentable caprtivité sous l'empire de la cupidité, y sont représentées dans des images & des figures si frappantes, qu'on s'imagineroit entendre parler S. Augustiu lui-meme, ou le bienheureux Evêque d'Ypres, son sçavant & profond commentateur. Le langage en est doux, moelleux, pénétrant, persuasif & si touchant qu'on ne sçavroit le lire sans sentir tout le poids de la nature corrompue & le besoin d'une grace toute puissante & irresistible [2] pour en être délivré. Il n'y avoit qu'un homme profondément & solidement versé dans la doctrine du Docteur de la grace, & éclairé des plus vives lumières du S. Esprit, qui put produire un sì excellent ouvrage. Le volume en est extrêmement petit, mais ce qu'il contient vaut les plus amples ovrages. L'Abbé de Haute-Fontaine crut faire plaisir à l'Evêque d'Angelopolis de le lui envoyér [3]; le S. Evêque reçut ce présent avec plus de joie, que si on lui eut envoye des millions d'or & d'argent [*super millta auri,*

(1) *Confer Append. I. pag.* XXV. *sqq. & pag.* 56. *sqq. hujus Voluminis.*

(2) Vide pag. 56. *sqq. hujus Vol.*

(3) Confer *p.* 12. *sqq. hujus Vol. & Append. I. p.* XXIV. *sqq.*

ri, & argenti Pſ.CXVIII. v.72.] Il y trouva ſes propres ſentimens [1] : il ſe hâta de le communiquer à ſes chères ouailles, ne voulant pas être le ſeul à profiter de ce riche tréſor.

Il eſt vrai, & nous ne devons pas, M. T. C. F. vous le laiſſer ignorer ; il eſt vrai que ce précieux ouvrage ſe trouva malheureuſement enveloppé dans la condamnation des cinq propoſitions [2]. Il n'étoit, guères en effet poſſible qu'il échappât à cette flétriſsnre, n'étant à le bien prendre qu'un développement & qu'une expoſition édifiante des cinq propoſitions (3) miſes à la portée de tout le monde. Dieu le permit ainſi, M. T. C. F. afin que cette fletriſſure ſervît un jour a rélever d'une manière plus éclatante la pureté & l'integrité de la doctrine du S. Evêque d'Ypres. Oui, c'eſt ce petit livre proſcrit par Innocent X. (23. *Avril.* 1654.) proſcrit par Alexandre VII. [16. *Octobre* 1656.] proſcrit par François de Harlay de Champvalon Archevêque de Rouen [26. *Mai* 1661.] proſcrit enfin par Pierre de Guerin de Tencin, alors Archevêque d'Embrun & depuis Cardinal, ſous peine d'excommunication encourue par le ſeul fait, comme contenant des propoſitions reſpectivement fauſſes, captieuſes, malſonnantes, capables de bleſſer les oreilles pieuſes, ſcandaleuſes, pernicieuſes, téméraires, ſuſpectes d'héréſie, impies, favorables à l'héréſie, erronées, enfin hérétiques, & renouvellant des propoſitions déjà condamnées par l'Egliſe [20. *Juin* 1734.] [4]. Nous le répétons, M. T. C. F. C'eſt ce petit ouvrage accablé, ou pour mieux dire, en quelque ſorte écraſé ſous le poids de tant de condamnations qui reſſuſcite aujourd'hui de ſes propres cendres. C'eſt Rome elle-même, qui, après lui avoir donne la mort lui redonne la vie ; qui après l'avoir diffamé, le rétablit dans toute ſa réputation, & lui rend toute ſa gloire ; qui après l'avoir déclare hérétique, le déclare catholique [5]. Li-

(1) Confer, quæ ſcripſi *pag. 66. ſqq. & pag.* 138. *not.* 1.
(2) Vide Append.I. *pag.*xxx. *ſqq.*
(3) Confer *hujus Vol. p.*52. *ſqq. & Append. I. p.*xxx. *ſqq.*
(4) Vide, quæ hac de re omni diſputavimus pag. 14. *ſqq. p.*20. *ſqq. p.*27. *ſqq. p.*30. *ſqq. p.*33. *ſqq. & App. I. p.*xxx. *ſqq.*
(5) Confer, quæ dixi hujuſce Voluminis *pag.* 20. *ſqq. pag.*21. *not.*1. *& pag.*22. *& Appendicis I. pag.* xxxiv. *ſqq.*

Lisez, M. T. C. F. lisez le décret, qu' elle publia le 16. Décembre 1760. Elle l'y canonise en approuvant la Lettre Pastorale du Vénérable Don Jean de Palafox sur la grace, bonté & misericorde de Dieu, & sur notre foiblesse & sur notre misére. Lettre, faites-y bien attention, M. T. C. F. qui ne diffère *de la Priere pour demander a Dieu la grace d' une veritable & parfaite conversion*, qu' en ce que celle-la est écrite en Espagnol, & celle ci en François [1]. Si le S. Prélat s'est quelque fois donné la liberté, non d'y rien changer, mais d'y ajouter quelques réflexions, loin d'avoir prétendu réformer ou corriger la *priere* Françoise, tout ce qu' il y-a-ajouté n' a pour objet que d' en expliquer, d'en développer, d' en confirmer la Doctrine, & d' en faire sentir toute la solidité par des comparaisons encore plus fortes & plus énergiques que celles qu' avoit employées l'Auteur François [2].

Le S. Evêque n'ignora pas, & ne put pas même ignorer les condamnations de Rome [3]. Il survécut cinq ans à la première, & trois ans à la seconde [4]. Elles ne furent point capables de lui faire révoquer [5] l'adoption qu' il avoit faite de cette admirable priére. Il savoit qu' il est des occasions, où l' on ne doit pas craindre l'excommunication, & l'anathême, quand on a évidemment pour soi la vérité [6]. Des lumières plus qu' humaines lui faisoient prévoir dès-lors qu'un jour viendroit que Rome elle même dérogeroit à ses propres Arrêts [7].

Au

(1) Quam scelestе calumnietur Sycophanta, demonstratum a nobis est *pag.66. sqq. hujus Voluminis*, & *Append. I. pag.*XLVII. *sqq.*

(2) Est hæc item impudens calumnia, ut *pag.66. sqq. I. hujus Volum.*, & *pag.*XLVII.*sqq. Append.I.* ostendimus.

[3] Jam hoc quale sit, vidimus *Append.I.pag.* LII. *sqq.*

[4] Vide pag.35.*sqq. hujus Volum.* & *pag.* XXX. *sqq. Appendicis I.*

[5] Confer hujus *Volum. pag.28.sqq.* & *pag.34. sqq.* & *pag.41. sqq. pag.52. sqq.* & *Appendicis I. pag.*LIII.*sqq.*

[6] Vide *Append. I. pag.*LIII.*sq.*

[7] Qua Romanæ Ecclesiæ injuria, quam gravi, dicta hæc a Pseudo-Ultrajectino sint, cognosces ex nostra *I.Appendice pag.*LIV.*sq.*

Au reste ne croyez pas, M. T. C. F. que le décret approbatis de 1760. soit dû à l'intrigue, à la complaisance, & a des considerations humaines [1]; il est fruit de l'examen le plus sérieux & le plus rigoureux [2], conformément au décret d'Urbain VIII. qui ordonne, que lorsqu'il s'agit de béatifier quelque Serviteur de Dieu, on examine avec exactitude & l'attention la plus scrupuleuse ses ouvrages tant manuscrits qu'imprimés, pour s'assurer s'ils ne *contiennent rien contre la foi* & les bonnes mœurs, ou quelque doctrine nouvelle & contraire à l'enseignement commun de l'Eglise. Le décret approbatif nous aprend que l'examen des ouvrages du Vénérable Don Jean de Palafox, commença dés-l'an. 1694., que ce travail s'est continué avec la même application & le même soin [3] jus-

[1] Hæc Pseudo-Ultrajectinus, ut ironice, ita contumeliose in Sacram Congregationem, Pontificesque Clementem XIII. & XIV. audet scribere. Et is tamen sese Apostolicæ Sedi addictum dicet. O hominem simulatorem, imitatoremque Pharisæorum!

[2] Ironice hæc quidem Sycophanta deridens Decretum Sacræ Congregarionis Rituum. Vide *App. I. pag.* XLVIII. *sq.*

[3] Viden', ut nebulo Pseudo-Ultrajectinus ironia usus, testimonium Sacræ Rituum Congregationis, Clementisque XIII. irridens, rejiciat? Nec mirum; nam rejecerat item Julianus Pelagianus examen factum apud Apostolicam Sedem, Innocentiique I. P. M. contra Pelagiana dogmata testimonium; cujus quidem Juliani exemplum idem sibi nebulo proposuisse ad imitandum videtur. Nam quorum est similitudo dogmatum, eorumdem est eadem agendi, calumniandique ratio. Jam vero quemadmodum *examen* Juliano Pelagiano nullum visum fuisset accuratum: nulli *eruditi judices*, nisi confirmato Pelagiano dogmate, Augustinoque damnato ut hæretico, quem hæreticum Manichæum Pelagiana factio vocabat [Vide *Aug. Serm. CCXCIV. Cap. XXI. pag.* 832. *Tom. V. & Lib. II. contra Julian. Pelagian. num.* 37. *pag.* 363. *Tom. X. & Lib. II. Operis Imperfecti contra Julian. num.* 1. *pag.* 715. *seq. Tom. ejusd.*] ita *examen* Berruyerianus nebulo Juliano similis irridebit semper, rejicietque, quod suæ sententiæ adversetur; Congregatio-

jusqu'en 1760. & que *de l'unanimité des suffrages des Sçavans Theologiens à qui la revision en a été confiée, il en résulte qu'ils ne contiennent rien contre la foi, & les bonnes mœurs, qu'on n'y voit ni doctrine nouvelle, ni extraordinaire, ni, etrangère, ni differente de l'enseignement commun de l'Eglise* [Quæ quidem opera ac manuscripta per Theo-
„ logos . . . ac nuperrime per novos Theologos in Revi-
„ sores ab Eminentissimo Cardinali Passionæo hodierno Po-
„ nente deputatos DILIGENTISSIME REVISA,
„ ATQUE EXAMINATA FUERUNT; cumque a
„ prædicto Eminentissimo Ponente in Sac. Rituum [1] Con-
„ gregatione habita sub infrascripta die, OMNIUM DI-
„ CTORUM REVISORUM FUERIT RELATA SEN-
„ TENTIA, nimirum in prædictis operibus, juxta su-
„ pralaudatum Decretum Urbani VIII. nihil reperiri con-
„ tra fidem, vel bonos mores, neque contineri doctrinam
„ aliquam novam, & peregrinam, atque a communi sen-
„ su Ecclesiæ, & consuetudine alienam; ipsa Sacra Con-
„ gregatio omnibus mature perpensis, ac audito R.P.D.
„ Fidei Promotore, UNANIMI Eminentissimorum Suffra-

tionique nulli parcet, quæ Jansenismi Palafoxium non condemnet. Quod cum nebulo Julianum imitatus facit, dignum ostendit sese, cui dicatur, quod dictum Juliano ab Augustino est: *fatendum tibi est, ita te habere velle judices eruditos, ut nolis habere judices Catholicos Christianos* (*loc. indic. Operis Imperf.*) ... *Tu maxime quereris*, EXAMEN VOBIS, & *Episcopale judicium denegari*. *Quanto tibi essent isti judices* (Cardinales S. Congregationis, & Clemens Pontifex) *optabiliores, si teneres Catholicam fidem; tanto tibi sunt terribiliores, qui oppugnas Catholicam fidem*. (*loco indic. Operis contra Julian.*)

(1) In Sycophantæ Pseudo-Ultrajectini typis edita Epistola pro *Rituum* legitur *Risuum*, errore ne oscitantis typographi, an maligno suo, irridendæ Sacræ Congregationis caussa, ipse viderit. Est autem cur suspicer, id eum fecisse consulto. Nam qui tam effronti ironia utens tam indignis modis ludificatus Sacram Congregationem est, quid obstabat, quin eam contumeliose *Risuum* etiam appellaret *Congregationem*? Vide *Appendicis I. pag.* LI. *sqq.*

„ fragantium ſenſu reſcribendum cenſuit : POSSE PRO-
„ CEDI AD ULTERIORA . Decret. die 9. Dec.1760.
„ Sanctitas Sua benigne annuit . Die 16. *Dec.*1760. „]

Heureux jour, M. T. C. F. heureux jour, que le Seigneur a fait, que nous devons célébrer avec tous les tranſports de la joie, & de la plus tendre reconnoiſſance! (*Hæc eſt dies quam fecit Dominus exultemus*, *& lætemur in ea : Pſ. CXVII. v.* 24.) Heureux jour qui vit ſortir du Sacré Tribunal des Ritz. Ce mémorable, ce ſaint & cet immortel Décret, qui en faiſant honeur au Saint Siége, fait en même temps l'apologie complette de la pureté de notre doctrine (1), & devient a la face de l'univers une réparation authentique de tout ce qu'on nous a fait ſouffrir juſqu' ici (2). Loin de nous plaindre de cette longue perſécution, nous reconnoiſſons aujourd' hui qu' elle étoit en quelque ſorte néceſſaire pour donner plus d' éclat au triomphe de la verité, & pour rendre déformais ſolide & invariable notre réunion avec l'Egliſe Romaine (3). Heureux Décret, qui lève enfin le ſcandale que quelques ames foibles, & peu inſtruites de la droiture de nos intentions, parois oſoient prendre de nos reſiſtances [4]! Des

(1) Calumniatur Berruyerianus Sycophanta . Nihil enim tale dicere Ultrajectini Schiſmatici poſſunt, cum demonſtratum jam ſit, quam ſit doctrina Palafoxii Catholica, quamque a Janſenianis erroribus diſſidens. Vide *hujus Voluminis pag.*60. *ſqq.*

(2) Calumnia rurſum agit nebulo, ſumma Sacræ Congregationi conflata injuria. Non enim eſſe præſidio Refractariis poteſt Decretum Sacræ Congregationis pro Venerabili Viro, Sanctæ Sedi, ut oſtendimus, addictiſſimo, perpetuoque obtemperante, catholicæque doctrinæ adſertore latum.

(3) Ut Eccleſiæ Romanæ inſultare calumnia, pergit impudens!

(4) Hoc quiſque neceſſe eſt caveat, ne id objiciat alteri, in quo ipſe maxime peccet. Contra Berruyerianus nebulo tam eſt impudenter impudens, ut dum, Sacræ Congregationis, immo Clementis XIII. Decreta irridet; dum carpit, dum ipſis acriter reſiſtit, tum potiſſimum aliis exprobret reſiſtentiam; dumque ſcandalorum ipſe eſt ſeges, ſcandala ceteris crimini dare non vereatur.

Des que ce Décret, ouvrage ſenſible de la main du très haut, parvint dans ces contrées, il faut l'avouer, nous ne fûmes plus maîtres de notre joie, nous nous abandonâmes avec une eſpéce d'excès : Cent fois, mille fois nous le baiſâmes avec reſpect : nous ne ceſſâmes de verſer des larmes de conſolation, & telles qu'on en verſe quand on en verſe quand on ſe voit arrivé au moment, qui met fin aux maux dont on étoit accablé. (*lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti ; annis quibus vidimus mala Pſ.* LXXXIX. *ver.* 15. [1].

Il ne nous reſte plus, M. T. C. F. qu'á attendre les jours de la Béatification & de la Canoniſation de ce grand Serviteur de Dieu ; jours qui en mettant le comble a notre joie, mettront en même temps le ſceau inviolable, & étérnel à notre réconciliation avec Rome (2). Ces jours heureux ne ſçauroient être déſormais bien éloignés. (*Prope eſt, ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Iſaiæ XIV. v.* 1.)

C' eſt maintenant que nous pouvons répeter avec encore plus de confiance que nous ne le diſions il y a douze ans, que depuis que le Seigneur a place ſur le Siege Apoſtolique le grand Pape (3) qui y eſt aſſis, l'Egliſe de Hol-

[1] Sic nebulo Sacrarum Scripturarum oracula huc improbe contorquens, profanat ; eodemque tempore, dum Refractariis placere Decreta Sedis Apoſtolice jactat, oſtenditque propterea ſibi non placere ; Refractarium ſe, atque Sycophantam probat.

[2] Quidquid hoc eſt, ſycophantia eſt. Nil enim tale ſibi polliceri Ultrajectini Schiſmatici, Decreti cauſſa, jure poſſunt ; ac ne pollicentur quidem.

[3] Nunc Pontificem aggreditur nebulo Berruyerianus, quaſi partibus ſtudentem factionis Schiſmaticæ Batavorum. Ita Berruyeriana lues nullam dignitatis, auctoritatis, majeſtatis Succeſſoris Petri, Chriſtique Vicarii rationem habendam putat. Atque ut calumnia agere ſacrilegus audet ! Nam manifeſtis indiciis, documentiſque conſtat, acerbe tuliſſe Clementem XIV. P. O. M. fuiſſe aliquos, qui defenſionem Ultrajectinorum Schiſmaticorum ſuſcepiſſe viderentur ; certumque ipſi, conſtitutumque in primis eſſe ne latum

Hollande conçoit l'espérance que son Pontificat sera pour elle, sour-tout par la Béatification prochaine du grand Evêque d'Angelopolis & d'Osma (que, sans pretendre anticiper ni prévenir le jugement de l'Eglise universelle, la nôtre avoit déjà depuis long-temps jugé digne de son culte) l'heureuse, & la mémorable époque de laquelle datera sa délivrance des maux dont elle a été si long-temps affligée (1). Espérance d'autant mieux fondée que

g 2 nous

latum quidem, ut ajunt, unguem recedere ab iis, quæ de illa Pseudo-Ecclesia Decessores sui Pontifices Maximi decreverunt. Vide *pag.7.seq. hujus Voluminis*.

(1) In imam extremam paginam Pseudo-Pastoralis suæ hæc omnino ex Epistola quadam *Ultrajectini*, ut inquit, *Archiepiscopi* transtulit Berruyerianus Sycophanta, confirmandi sui dicti caussa. „ Ex quo Sanctitas Vestra ad Sedem Apostolicam evecta est, hanc concepit Ecclesia Batava spem, futurum esse Pontificatum Vestrum veluti aeram, ex qua suæ a malis, quibus premitur, liberationis tempus numeraret „. Sed hæc ad Benedictum XIV. non ad Clementem XIV. scripta, idem ipse Sycophanta testatur. Næ is destitutus documentis est, quibus, quod sibi de Clemente sumserat, efficere possit; cum cogatur ad hæc tam aliena confugere! Nam si monumenta ulla de Clemente haberet, qui tandem omitteret nebulo; afferretque ea, que sunt de Benedicto? Age vero, quæ adfert, nocere ne Benedicto existimat posse, an contra? Si contra, quo tandem modo Clementi, ad quem non sunt scripta noceant; quæ non nocere Benedicto, ad quem sunt scripta, confiteatur? Sin nocere Benedicto dicat posse, quid hoc ad Clementem, ad quem nihil umquam tale scripserint Ultrajectini? Deinde, qua tu fronte, nebulo, quid sperarint Ultrajectini oppones Benedicto, qui tantus Pontifex factis ostenderit, quam illi inani spe ducerentur? Clemens porro, quid umquam fecit, unde tu ipsum propitium ei factioni esse argumentere? Immo quid non fecit, ubi se opportunitas obtulit, quo plane, quam eidem factioni adversetur, demonstrarit? Annon iis succensuit annon eos reprimendos duxit, qui pro eadem nonnihil ausi essent scribere? Sed hac de re satis. Itaque modum faciam. Vereor

nous avons eu la consolation d'apprendre que ce grand Pape a daigné recevoir favorablement le projet & le plan de notre reconciliation (1) qui lui a été tout récemment présenté par ces Anges de paix dont nous vous parlions il n'y a qu'un moment & que nos ennemis implacables ne sont plus en état de faire échouer comme ils l'on fait tant de fois ci-devant.

Ces espérances, M. T. C. F. sont bien consolantes, & doivent nous remplir de joie; mais souvenez-vous que les graces extraordinaires, telles que sont celles qui sont l'objet de nos voeux, demandent de notre part d'humbles, de ferventes & de continuelles prières. Priez donc & vous recevrez, afin que votre joie soit pleine & parfaite. Ainsi soit il.

Donnée a Utrecht, le 15. Decembre 1770.

Pierre-Jean, Archevêque d'Utrecht.

Par Monseigneur, Jallon, Secrétaire.

NUME-

reor enim, ne dum de Pontificibus copiose agimus, minus revereri dignitatem, majestatemque ipsorum Apostolicam videamur.

(1) Sunt hæc commenta plena mendacii,& calumniarum. Quare contemnenda sunt, non copiosius refutanda. Vide quæ scripsi *pag.7. sq. hujus Voluminis*.



NUMERUS II.

Continens Berruyeriani Sycophantæ Epistolam ad Lectorem; & Tripartitam Collationem plenam calumniæ, ac mendaciorum.

ERUDITO, ET BENEVOLO LECTORI S. D.

QUo casu acciderit, ut in Revisione Operum Illustrissimi, ac Ven. Servi Dei Joannis de Palafox, olim Angelopolitani, postea Oxomen Episcopi quoddam ejusdem Præsulis Opusculum scriptum *Carta Pastoral, y conocimientos de la Divina Gracia bondad, y misericordia, y de nuestra flaqueza, y miseria:* Hoc est *: Epistola Pastoralis, & Agnitiones Divinæ Gratiæ, Bonitatis, & Misericordiæ, & nostræ infirmitatis, & miseriæ* : tot tamque eruditorum Revisorum diligentiam effugerit, vix concipi poterit (1). Quî enim fieri potuit, ut Opusculum labe Jansenïana, undequaque aspersum, fidelissimumque totius Jansenii doctrinæ compendium (2), tam perspicaces oculos declinaverit, in eoque ipsi nullam compræhendi, aut esse doctrinam conrra Ecclesiæ Definitiones in re Fidei, & Morum, aut etiam novam, peregrinam, & a communi SS. Patrum sensu alienam, dignamque theologica nota, post maturam discussionem, ac severum judicium ad tramites Decretorum S. M. Urbani VIII. absolutum unanimi suffragio declaraverint, atque authentice testati fuerint? (Decr. S. C. 16. Decemb. 1760. (3).) Equidem cum mihi Religioni esset, ac nefas esse existimarem tot doctissimorum Theologorum fidem, ac probitatem, vel minimum suf-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Vide, quæ scripsi Appendic. I. pag. LVI. seqq.

(2) Calumnia agit Sycophanta: Nihil Jansenïani id Opusculum Palafoxianum continet, ut pag. 60. sqq. hujusce Voluminis demonstratum est.

(3) Heic Sycophanta Decretum carpit Sacræ Congregationis. Vide quæ scripsi Append. I. pag. LVI. sqq. & huj. Voluminis *pag. 20. sqq.*

suspectam habere, lubens crediderim eos in immensa illa Illustrissimi Præsulis Operum multitudine, quæ ipsorum examini, ac revisioni commissa fuerant, hujus Opusculi examen, ac lectionem impune, ac salvis sanctæ Fidei Juribus prætermitti posse sibi persuasisse. Enim vero exigua Opusculi moles, Opusculi titulus, totus ad devotionis, atque humilitatis speciem compositus, & elaboratus, ipsa etiam Auctoris in vulgus diffusa Sanctitatis fama eos in hanc sententiam facile, atque innoxie deducere potuerunt. Quis enim sibi persuadeat Episcopum Sanctitatis opinione celebrem, tantillum Opusculum præ ceteris Operibus suis elegisse, in quod omne Jansenianæ Doctrinæ virus plena manu effunderet (1)?

Præterea fieri potuit, ut doctissimi illi Theologi, quam plurima ignoraverint, quæ si cognovissent non levem ipsis Doctrinæ Præsulis suspicionem injecissent, eosque in sua Revisione scrupulosiores, cautioresque fecissent. Fortasse ignoraverunt arctam & constantem Illustrissimi Præsulis, cum præcipuis illius sectæ Capitibus necessitudinem a qua numquam ne ultimis quidem temporibus vitæ suæ recessit (2). Ignoraverunt hujus Pastoralis Epistolæ historiam (3). Ignoraverunt sine dubio hanc Epistolam Pastoralem nihil aliud esse, teste ac in re locupletissimo, ac certissimo Antonio Arnaldo (4), quam versionem hispanicam Libelli Gallici, cui titulus est, *Priere pour demander a Dieu la Grace d'une veritable, & parfaite conversion*: hoc est: *Oratio ad petendam a Deo gratiam veræ, & perfectæ conversionis* (5). Ignoraverunt libellum hunc, bis Romæ (6), bis in Gallia, Censuris Ecclesiasticis fuisse confixum: Ignoraverunt hujus libelli Doctrinam, licet Romæ damnatam, & proscriptam, ab Illustrissimo Præsule, non obstantibus Pontificiis Decretis, approbatam, & suis Diœcesa-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Vide pag. 53. *sqq. & Append. I. pag.* XIX. LVI. *sqq. & pag.* LXII. *sq.*

(2) Vid. *p.* 45. *huj. Vol. & App. I. p.* XIX. *sqq. & p.* LVI. *sqq.*

(3) Vide pag. LVI. *seqq. Appendicis nostræ I.*

(4) Confer hujus Vol. *pag.* 23. *sqq.*

(5) Vide *pag.* 26. *sqq. & Append. I. pag.* XXIII. *sq. & pag.* LVI. *seqq.*

(6) Confer *Vol. hujus pag.* 35. *sqq. & Append. I. pag.* XXIV. *seq. & pag.* XXXVIII. *& seq.*

cesanis tamquam securam, & ex qua salutis fructum percipere possent propositam, & oblatam fuisse. Ignoraverunt. Illustrissimum Præsulem hanc suam approbationem, laudesque proscripto libello, adeo liberaliter impertitas nullo nequidem plausibili prætextu absolvere, vel excusare potuisse. Ad ejus quippe aures Vaticana fulmina in libellum a se adoptatum emissa certo certius pervenerant (1).

Harum, & aliarum hujusmodi rerum ignoratio honestam, nec omnino rejiciendam excusationem (2) doctissimis Revisoribus suppeditat. Verum D. O. M. qui portas inferi adversus Sanctam, & Immaculatam Ecclesiam suam numquam prævalituras esse promisit, Decretum quidem adprobationis fieri permisit, sed Decretum non definitum, non absolutum, nec perpetuum, non irreformabile, sed solummodo hujusmodi Decretum, quale mutatis circumstantiis, hoc est amplioribus, successu temporis, rerum cognitionibus accedentibus reformari, penitusque deleri possit (3). Decretum quippe hoc providentissima, & pruden-

g 4 tissi-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Vide *Appendicis I. pag.*111.*sqq.*

(2) Licenter id quidem Probabilistarum more. Alioqui ignoratione qui demnm honeste excusabitur is, qui onus assumat sibi, cui ferendo sit impar?

(3) Vicerint Refractarii, si hic Berruyeriani Sycophantæ canon valeat. Scilicet si qua ipsis Congregationum, Pontificumve Decreta minus placuerint, dicent, *non definita esse*, *non absoluta*, *non perpetua*, *non irreformabilia*, sed ejusmodi, quæ, *accedente cognitione nova*, *deleri possint*; sicque contumaciæ declinabunt notam, resque jam suas esse putabunt in vado. Atque actum profecto ut sit de Innocentii X. Decreto, quo Guillelmi le Roi libellus proscriptus est, per Berruyerianum eumdem Sycophantam licebit. Æqua enim uti Sycophanta cogetur lege. Nam si quia reformabile ipse dicit Decretum pro Palafoxii Doctrina latum, fas illi est Decretum idem non modo non admittere, sed etiam uti pravum, Deoque non probante, sed permittente editum, oppugnare; cur non item fas erit Refractariis de Appellantium quidem grege, Decreto, quod in *non definitis*, *non absolutis*, *non perpetuis &c.* numerent,

pare-

tissima clausula munitum, temperatum, ac limitatum, scilicet, Reservato de more eidem Domino Promotori Jure opponendi suis loco, & tempore [1].

Nos igitur hujus sapientissimæ Reservationis Privilegio protecti [2], & nixi prædictæ Pastoralis Epistolæ quasi novum Examen, solo, & puro S. R. Ecclesiæ amore impulsi, pro tenuitate nostra aggressi sumus [3], eoque maxime

Alethini Philaretæ Adnotationes.

parere recusare? An plus iis Decretis inest *irreformabilitatis*, quæ contra cujusquam doctrinam; quam iis, quæ pro alicujus doctrina lata sint? Quis id non ineptissimus statuat? Sed vetus hæc Anti-Palafoxianorum est de Decretis Apostolicæ Sedis, ut ipsis lubet, statuendi temeritas nihilo minor temeritate Appellantium Refractariorum. Qua de re gravissime fuerunt non modo Palafoxii in *Epistola ad P. Radam*; *in Defensione Canonica*; inque *Responsione ad libellum supplicem* Mexicanorum *Jesuitarum*, sed Pontificum etiam Maximorum, in primis vero Bened. XIV. conquestiones; ut ex *Constitutione* præsertim: *Ex quo* &c. quæ *de Ritibus Sinensibus* est, plane constat. Quid igitur, inquies? An id Decretum, de quo agimus, *definitum* dicemus esse, atque irreformabile? Hæc modo ad rem non pertinet quæstio. Nobis satis est, reformandum id Decretum a Sacra Congregatione, atque etiam a Pontifice non putari. Quemadmodum enim reformandum judicent, quod tam *diligenti examine* perfectum fuisse testentur; quodque ita valere velint, ut deinceps agi de Palafoxii doctrina vetent, veluti vi prioris Decreti vetitum animadvertimus (*Appendicis I. pag.* XLVI. *sqq.* & LVI. *sqq.*) & Clemens XIV. deinde singulari Decreto cavit?

[1] Vide *Appendicis I. pag.* LVI. *seqq.* & LXV. *seqq.*

[2] Confer quæ scripsi *Append. I. pag.* LXVI. *seqq.*

[3] Næ is Berruyerianus nebulo Juliani Pelagiani egregius imitator est! Neque id mirum cuiquam videri debet. Nam quorum est doctrinæ, eorumdem eadem esse solet morum, rationisque agendi affinitas. Atque ut Julianus unum se superstitem esse ajebat destitutæ Pelagianorum caussæ defensorem, ita hic Sycophanta noster ab se nunc maxime suscipi contra Palafoxium gloriatur defen-

xime adducti sumus ad refrenandam, & comprimendam Jansenistarum insolentissimam lætitiam (1). Illi enim memoratum Decretum ingenti plausu, & gaudio, quasi triumphali (2) exceperunt. Quoties illos his nostris auribus insane exultantes in has sacrilegas voces erumpere audivimus -- Tandem aliquando, inquiebant, illa Constitutio -- *Unigenitus* -- conclamata est: jam nihil reli-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

fensionem destitutæ caussæ Berruyerianorum. Quin etiam ut ille, Innocentii I. Decreta negligens, pugnare se pro Deo, proptereaque majoris id sibi *apud Deum gloriæ* fore, mentiebatur; ita plane hic dum *humilitatem* simulat, tum se ostentat, quasi agat unius Dei gloriæ, purique erga Sedem Apostolicam amoris caussa, eo maxime tempore, quo maxime in Decreta Sedis Apostolicæ debacchatur. Itaque ut Juliano, Augustinus (*Lib. II. contra Jul. cap.* IX. *n.* 36.) ita nos huic Palafoxii Accusatori respondebimus: *Multum abjecti, & vere destituti sunt* (Berruyeriani) *multumque abs te pendent, si hanc tuam intolerabilem arrogantiam esse non judicant, qui te etiam ipsis, Pelagio scilicet, & Cælestio* (Berruyero dicam ego, & Harduino) *vestrum omnium Doctoribus anteponis, quasi & illi jam cesserint, & tu remanseris, qui destitutam tuearis, quam veritatem putatis. Si in eadem quæ tibi videtur sapientia, & est magna stultitia, perduraveris; non tu judices quæsiturus es, ubi caussam tuam purges, sed ubi tot Sanctos Doctores egregios, atque memorabiles catholicæ veritatis accuses, Cyprianum Innocent. I.* (Addam ego, Augustinum, Thomam, Alensem, Bonaventuram, & e Pontificibus Maximis præter reliquos, Clementes duos XIII. & XIV.) *ceterosque socios, ac participes eorum. Adversus autem hanc miserabilem, quam Deus a te evertat insaniam, sic respondendum esse video libris tuis, ut fides quoque adversus te defendatur istorum; sicut contra impios, & Christi professos inimicos etiam ipsum defenditur Evangelium.*

(1) Non hæc caussa est. Nam una hunc ea ratio nebulonem movet, ut Berruyerismi, aut saltem Molinismi doctrinam pro fidei dogmate venditet.

(2) Nihil minus. Mentitur nebulo. Non enim est cur triumphent.

reliqui habet, quo subsistere possit. Vel sola Pastoralis hujus Epistolæ approbatio infaustam, & summopere iniquam Quesnelli damnationem irritam facit, & in tartareas, unde emersit, tenebras demergit (1) -- Nimirum impotenti partium suarum studio misere obcæcati non intelligunt Decretum adprobationis scriptorum Illustrissimi Præsulis non esse firmiter, nec absolute, sed solummodo conditionaliter latum: scilicet dummodo antequam ad causæ consumationem, & finem deveniatur, nihil in contrariam partem opponatur, quod non semel in aliis causis fieri contigit (2).

Equidem si ingenue (3), & cum ea simplicitate, ac sinceritate, quam zelus gloriæ Dei suggerit, loqui fas est: fateor, quod Jansenistæ non immerito sibi plaudere, nec vanis indulgere, & exultare lætitiis mihi viderentur (4), si Decretum istud staret; sed Divinam Providentiam numquam id permissuram confidimus. Neque enim absolvi potest Pastoralis Epistola Illustrissimi Præsulis, quin absolvatur Libellus Gallicus (5). Illius approbationem necessario, & evidenter secum traheret, cum inter utrumque Opu-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Mentitur rursum Sycophanta. Quamquam, si essent aliqui ita male instituti, qui hæc jactarent, reprehendi quidem ipsi, non Decreta Sedis Apostolicæ rejici deberent. Quid tu? Augustini ne doctrinam eliminari ex Ecclesia oportere dices; propterea quod Jansenianі eamdem illam esse, atque suum vociferentur? Quotusquisque est, aut fuit umquam, nisi forte unus aliquis tui Sycophanta similis, qui Constitutiones Romanorum Pontificum adversus Sinicos ritus, & contra Berruyeri dogmata oppugnandas, rejiciendasque putarit; quod ob eas publicatas Janseniani etiam gaudio exultarint? Quam multa Decreta delenda essent, quam multæ Constitutiones, quam multorum Patrum opera ex Orbe catholico exterminanda, si hæc nebulonis Berruyeriani ratio tam absurda valeret?

(2) Vide supra I. Append. *pag.*XCVIII. sq. & *hujus Vol. pag.*247. *sqq.*

(3) Longe profecto hæc virtus ab Sycophanta abest. Nota loquimur.

(4) Vide Append. I. pag. LVI. sqq.

(5) Vide pagin. 60. sqq. hujus Vol. & *pag.* LX. *sqq. Append. I.*

pusculum nullum aliud, grave, verum, ac solidum discrimen, præter idiomatum diversitatem, intercedat (1).

Verum cum nobis in mentem venerit, fieri posse, ut Dissertatio Theologica, qualem primum meditabamur, non omnibus aeque placeret, sintque quamplurimi quibus magis arrideat simplex rerum expositio, quam contentiosa Dissertatio, hoc labore in præsenti supersedendum judicavimus, illum imposterum, si opus fuerit libenter suscepturi. Viam breviorem, æque ut opinamur efficacem, legentibus certe minus gravem, & minus operosam hic sequemur. Omnis hæc nostra qualiscumque elucubrato, tripartita doctrinarum collatione, tribus quasi totidem tabellis, distincta columnis constabit: Prima, Ecclesiæ: secunda, Ven. Joannis de Palafox: tertia Jansenii, & aliorum hujusmodi doctrinam, semota omni contentione, accuratissima, & simplicissima propositionum expositione legentium oculis subjiciet, ut æquissimi, ac doctissimi Lectores, tripartita hac doctrinarum collatione, quid de doctrina Epistolæ Pastoralis Illustrissimi olim Angelopolitani, postea Oxomensis Episcopi tandem sentiendum, & statuendum sit, vel uno conspectu videant (2).

Huic tripartitæ collationi brevem prædictæ Pastoralis Epistolæ historiam præmittendam esse censuimus, rati plurimum interesse, qua occasione, qua mente, quo animo, quibusve in circumstantiis, quid scripserit. Vale.

COM-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Vide pag. 60. sqq. hujus Vol. & Append. I. pag. xxxv. *sqq.* Verum hoccine pacto confidet Nebulo, fore, ut lætari desinant Janseniani? Annon majorem in modum lætaudum sibi esse intelligent; quod (perinde atque ipsi facere consuerint) oppugnari Decreta Sedis Apostolicæ videant ab iis, qui se devotos esse, consecratosque jactant Apostolicæ eidem Sedi? „ Sed quoniam jam ostendi (ajebat S. Augustinus Julianum Pelagianum refellens) quos & quales, & quantos viros fidei catholicæ defensores, atque doctores falsos facias Manichæos „ (*dicam ego, falsos facias Jansenianos, Augustinum, Thomam, Alensem, Bonaventuram &c. cum Palafoxio*) „ audi jam parumper, inerudita temeritate QUANTUM VEROS ADJUVES Manichæos „ vel Jansenianos. *Aug. lib.* 1. *Contra Jul. nu.* 36.

(2) Jam vidimus a pag. 60. ad 256. quam sit plena calumniæ hæc *tripartita Collatio*.

COMPENDIOSA PASTORALIS EPISTOLÆ VEN. JOANNIS DE PALAFOX.

HISTORIA.

I. Epiſtola Paſtoralis Illuſtriſſimi, ac Ven. DD. Joannis de Palafox Matriti primum 2. Februarii 1653., deinde Bruxellis anno 1671. in lucem prodiit (*). Paſtoralis illa Epiſtola nil aliud ferme eſt, quam translatio libelli cujuſdam Gallici in linguam (1) Hiſpanicam (A), cujus rei locupletiſſimum teſtem habemus Antonium Arnaldum (2) Tom. 6. Epiſtolar. p.79. Epiſt. 435. a D. de Wacuel, & Tomo 4. Moralis Practicæ Jeſuitarum pag. 280. 281. Libelli Gallici Titulus eſt: *Priere pour demander a Dieu la grace d'une veritable, & parfaite converſion* -- Hoc eſt -- *Oratio ad petendam a Deo Gratiam veræ & perfectæ converſionis*. Auctorem habuit Guillelmum le Roy Abbatem Alti Fontis, Sectæ Janſeniſtarum (3) addictiſſimum.

II. Li-

(*) Hanc Editionem Bruxellenſem in tota iſta Synopſi ſequuti ſumus.

(A) Minime, crediderim, erudito, & benigno Lectori injucundum erit, ſcire quis, & qualis fuerit Guillelmus le Roi, quem Illuſtriſſimus Præſul Virum ſpiritualem, & ſecuræ doctrinæ Magiſtrum (4) prædicat. Guillelmus le Roi fuit Abbas Commendatarius Alti Fontis Ordinis Cirſtenciensis. Quantum fuerit Janſeniſticæ ſectæ addictus, etiam ſi aliunde non conſtaret, ſola hæc Oratio luculenter demonſtraret (5). Sed alia ipſemet quamplurima ſummæ ſuæ, & ab-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Confer *pag.*60.*ſqq.hujus Vol.& Append.*I.*pag.*XXVIII. *ſqq.* & XXXVI. *ſqq.*

(2) Vide *hujus Vol. pag.* 23. *ſqq.*

(3) Vide *hujus Vol.pag.*14.*ſqq.& Append.I.pag.*XXIII.*ſqq.*

(4) Vide *pag.* 14. *ſqq.*

(5) Non demonſtrat profecto. Neque vero ullam e quinque damnatis propoſitionibus Janſenii umquam le Roi probavit. Sed fac probarit, id certe notum non fuit Palafoxio, qui ab erroribus Janſenianis longe diſtabat. Vide *pag.* 41. *ſqq.* & *Append.I. pag.*XII. *ſqq.*

II. Libellus Gallicus exigue licet molis, totum Jansenii de libertate humana, & gratiæ systema accuratissime continet ; tantoque aptior erat ad alliciendos, captandosque simplicium animos, quod sub velo devotionis, & humilitatis, minus suspicionis habere poterat. Jansenistæ omni studio, omnique opera curaverunt, ut ubique Opusculum illud disseminaretur, ita ut ab an.1652. quo primum editum fuerat, ad annum 1690. typis plusquam vicies repetitis, teste eodem Arnaldo, ubique diffunderetur [1]. Verum affectatam illam, & nimis sollicite a Jansenistis ingestam in vulgus Libelli commendationem, sors infausta subsequuta est, utpote qui variis, & solemnibus confixus fuit censuris.

1. Ab Innocentio X. -- 23. Aprilis ... 1654.
2. Ab Alexandro VII. -- 16. Oct. ... 1656.
3. Ab Archiepiscopo Rothomag, 26. Maii..1661.
4. Ab Archiepiscopo Ebredunen. 20. Junii..1734. [2]

III.

& absolutæ cum illo necessitudinis argumenta suppeditat. Legatur præ ceteris famosa illa Epistola cui Titulus est [3]: *Letre sur la confiance & le courage qu'on doit avoir pour la verité*: Hoc est: *Epistola de constantia, & fortitudine, quam zelus veritatis postulat*, cujus scopus erat confirmare sectariorum animos contra injunctam ab Alexandro VII., & a Galliæ Episcopis Formularii subscriptionem. Nihil illa Epistola quidquam impudentius, nihil seditiosius, aut magis impium excogitari potest. Legatur etiam altera ejusdem Epistola, ubi sub ementito Solitarii cujusdam nomine

Alethini Philaretæ Adnotationes.

[1] Ab Jansenianis ne, an ab aliis fuerit id Opusculum toties editum, non laboro. Palafoxius certe nonnisi priorem ejus editionem vidit, atque ad sensum Catholicum quidquid in eo erat minus accurate enunciatum redegit. Vide *pag.* 60. *sqq. hujus Vol.*

[2] Vide hujus *Volum. pag.* 33. *sqq. & Append. I. pag.* xxx. *sqq.*

[3] Scripta hæc Opuscula fuerunt ab le Roi post Palafoxii mortem. Vide *Append. I. pag.* XLIV. *sqq.*

III. Hic est is Libellus laudatus,& approbatus ab Illustrissimo Angelopolitano Episcopo DD. Joanne de Palafox, quemque a se adoptatum, & in linguam Hispanicam a se traductum, speciofeque Epistolæ Pastoralis nomine decoratum suis subditis tamquam Cibum, & Pastum spiritualem, securamque Doctrinam continentem [1] proposuit [B].

IV. Prohibitionem, & damnationem Innocentianam, prohibitionisque, & damnationis Innocentianæ confirmationem ab Alexan. VII. factam Illustrissimus Præsul ignorare non potuit [2]. Siquidem a damnatione Innocentiana quinque, a confirmatione Alexandrina usque ad Illustrissimi Præsulis obitum tres anni integri effluxerunt. Obiit prima Octobris 1659.

V. Post Innocentianam damnationem, Alexandrinamque confirmationem, convenientissimum erat ut Illustrissimus Præsul adoptatum a se libellum palam repudiaret, atque ad id faciendum tanto strictius adigebatur, quanto sanctitatem istam profiteri [3] videbatur. Vere enim Sanctita-

---

mine -- *Letre d' un Solitaire* -- acerrime, & arrogantissime, invehitur in persecutionem, qua indociles, ac rebelles Portus Regalis Moniales exagitari, falso, & immerito calumniatur. Hinc intelligi potest, utrum Guillelmus le Roi Vir spiritualis ab Illustrissimo Præsule nuncupatus jure, an immerito inter præcipuos Jansenismi Antesignanos annumeretur.

[B] Moviónos tambien á escribir este discurso el aber llegado á nuestras manos cierta Oracion de un Varon espiritual ... y nos pareció ... repetir las mismas luces, que santamente ofreció, y trasladarlas á los oídos de nuestros subditos, y pornerles delante este pasto, esse plato espiritual, esperando en Dios autor de todos los bienes, que se han de aprovechar de esta segura doctrina. *Carta Pastoral -- circa finem præfationis.*

Alethini Philaretæ Adnotationes.

[1] Vide *hujus Vol. pag.*19. *sqq.* & 27. *sqq.* & 34. *sqq.* & 138. *sqq.*

[2] Vide *Append. I. pag.* LII. *sqq.*

[3] Vide *pag.* 27. *sqq. hujus Vol.*

ctitatis præcipuus character esse debet, & semper fuit, prompta, & humilis erga Sanctam Sedem, ejusque Decreta reverentia; idque demum eo facilius præstare, & debuisset, & potuisset, quo facilius alienum, quam proprium

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Quanti Palafoxius Apostolicæ Sedis Decreta penderet, non solum constat ex iis, quæ attulimus hujusce Voluminis *pag.*45. *not.*1. *& Appendicis I. pag.* 11. sed etiam ex innumeris propemodum locis suorum operum, in primis autem ex *Epistola ad Patrem Horatium Caroche Jesuitam :* ex *Responsione ad libellum supplicem Religiosorum Societatis : ex Epistola ad Regem Philippum IV.* eidem Responsioni præfixa : exque *Defensione Canonica*, quibus in Palafoxii libris passim & summa ejus erga Sedem Apostolicam, ejusque Decreta observantia elucet; & adversariorum reprehenditur *inobedientia*. Atque in Epistola quidem illa ad Regem, *n.VIII. pag.*275. *Tom. XI.* „ Omnes, quidem, *inquit*, hæ regulæ (*Ecclesiasticæ*) sunt venerabiles; eæ tamen majoris sunt ponderis, quæ e majore „ auctoritate proficiscuntur. Multum obedire fideles debent Decretis Synodorum Diœcesanarum; sed attentione majore Provincialium; plus his Nationalium; magis „ etiam multo Generalium; PLUS HISCE OMNIBUS „ parere oportet DECRETIS SEDIS APOSTOLICÆ „ Magistræ fidei, Organi Divini Spiritus, Canalis Veritatum Catholicarum, Cathedræ Doctrinæ Christianæ, cui „ Deus promisit infallibilem censuram eorum, quæ ipsa „ determinasset. His sanctis, sacrisque Decretis debet servire OBEDIENTIA : his ministrare obsequium, & „ OBEDIRE PROSTRATA HUMILITAS, ET SUBMISSIO „. *Num.IX.* „ Quatuor jam anni sunt, Domine, quo ex tempore, Sanctitas Innocentii X. Vicarii „ Jesu Christi in terris definivit Articulos XXVI. Jurisdictionales, Sacramentales, & Ecclesiasticos maximi momenti „. *Num.X.* Reclamarunt in hoc Religiosi Jesuitæ, „ RESISTENTES, ne admitteretur. Moverunt admirationem iis, qui videbant resisti ab illis apud laicum „ Tribunal Apostolicæ Bullæ, quam iidem ipsi petierant „ a Potestate suprema spiritali &c. „. Hiccine, qui tam præ-

prium opus ab unoquoque deferitur, & abdicatur. Atqui nec verbo, nec fcripto libelli adoptionem umquam abrogavit, & refcidit; quinimo tantum abeft, ut fuæ eum adoptionis aliquando pœnituerit, ut contra inter alia fua Opera, quæ paucis fuam ante mortem menfibus ad Marchionem de Aytona, & ad R. P. Jofephum de Palafox Ordinis Sancti Bernardi Monachum fibi & fanguine, & neceffitudine conjunctum remifit, ut ea fe mortuo edi curarent, libellus, de quo agitur, ab ipfo, ut paulo ante diximus, e Gallico Sermone in hifpanicum translatus inventus fuerit. Id ipfum teftatur Editor Jofeph de Palafox in Præfatione Tomi V. Operum Illuftriffimi Præfulis, ubi in hæc verba plena emphafi prorumpit: Denique inquit, ut Tomus ifte aurea claudatur clavi, ultimo ponam Epiftolam Paftoralem de pretio Divinæ Gratiæ. Atque hoc ipfum

Alethini Philaretæ Adnotationes.

præclare de Sedis Apoft. Decretis fentiebat; quique Decretis iifdem refiftentes reprehendebat; hiccine, inquam, ut inobediens, minufque obfequens Decretis Apoftolicis argui tandem qui poterit, nifi incredibili mentiendi impudentia ab Sycophantis; qui dum Decreta Sedis Apoftolicæ conculcant, ut conculcari a Tripartito vidimus, tum aliis inobedientiam per fummam injuriam exprobrant? Verum fic evenit, ut eft in vetere proverbio: *meretrix pudicam*. Ii, qui graviter in re quapiam peccant, id peccatum in alios transferre ftudent. Confer *Epift. ad P. Carochium n.* 214.215. *pag.*213. *Tom.XI.* quo loco fuos Adverfarios refellens, quam ipfi effent Decretorum Romanorum minus obfequentes demonftrat: „ Sacræ Inquifitionis Congregatio, *inquit*, condemnavit, flammifque incendi juffit POZÆ opera; cujus quidem Congregationis Decretum, quod quantum ad operum prohibitionem exequutioni mandatum in Hifpania eft, atque in Indiis nihilo fecius in defenfione ejus SUBJECTI adeo SUDAVIT ISTA VESTRA SOCIETAS MATRITI, UT NOBIS OMNIBUS CONSTAT „. Sed tempus me deficeret, fi quæ ad hanc rem pertinent, perfequi omnia numerando vellem. Certe obfequio, obedientiaque fua erga S. Sedem Palafoxius meruit, ut plurimi a Summis Pontificibus penderetur. Vide quæ fcripfi *Append.I. pag.*XXXVII. *fqq.* & *pag.*XLVII. *fqq.*

psum , etiamsi alia , & quamplurima non supperent , validum argumentum esse posset ad demonstrandum, quam arcte cum Secta Janseniana Illustrissimus Præsul conjungebatur , qui nec Pontificiis Decretis , nec pravæ Doctrinæ evidentia , ab illa unquam divelli & distrahi potuit . Verum ut dixi quamplura alia arctæ hujus necessitudinis argumenta habemus [1] .

Primo . Aperiatur opus illud famosum, toties damnatum , & proscriptum = La morale pratique des Jesuites = hoc est : Praxis morum secundum Jesuitas : Hujus operis sex posteriora volumina vulgo Antonio Arnaldo adscribuntur . Ibi Arnaldus , sive alius quilibet Operis Auctor , caussam Illustrissimi Præsulis contra PP. Missionarios Mexicanos e Societate Jesu ita acriter , & ardenter defendendam suscipit , ut suam potius quam alienam tueri , ac defendere videatur . Tertii Voluminis pars aliqua ; quartum vero vindicandis , ut calumniatur , Præsulis juribus , totum impense devovet . Illud porro notum est , & constanti omnium ætatum memoria compertum , Novatores nulli umquam , quem suum esse , & secum sentire probe , ac certe non noverint , patrocinari , & favere (2) .

Secundo . Scitum est , Jansenistas peculiarem Sanctorum suorum Indicem conservare , suumque habere privatum , propriumque Kalendarium ab Ecclesiæ Romanæ Kalendario omnino diversum , ubi præter suæ Sectæ studiosos, acerrimosque fautores , neminem alium reperias . Hoc speciali honore Illustrissimum Præsulem condecorarunt, ejusque cultui diem ipsum illius obitus primum Octobris consecrarunt , ut constat ex Collectione Scripturarum circa Mo-
h nia-

Alethini Philaretæ Adnotationes .

[1] Hæc omnia de versione Operis Guillelmiani , deque animo in Janseniana dogmata propensiore suse sunt confutata a nobis *pag.*13. *sqq.* & *Append. I. pag.X. sqq.*

[2] Vide quæ dixi pag. hujus *Vol.* 23. *sqq.* Næ hic nebulo Cyrillum Alexandrinum Eutychianum dicet fuisse , propterea quod celebratus laudibus ab Eutychianis fuerit . Quin etiam in Pelagianis numerandus erit Johannes Chrysostomus , quoniam a Pelagianis multis est ornatus laudibus . Quid ? Si Jesuitæ Calviniani futuri sint ; cum laudati fuerint a Theodoro Beza ? Sed quid ego animadversiones persequor Tripartitas nugarum , & paralogismorum plenas?

niales Portus Regalis Typis Regiis excusa (1) : Parisiis Anno 1710. (C)

Tertio : Illustrissimus Præsul toto vitæ suæ tempore, nullam umquam prætermisit occasionem, suum erga illam gentem amorem, affectumque declarandi. Quidquid ab ipsis (veridice an falso, catholice an hæretice, nihil intererat) scribebatur, dummodo ex illa officina prodiret; avide excipiebat, sollicite exquirebat. Quanta cum lætitia, & quanto cum plausu complecteretur literas, quas vocant Provinciales, quæ ad ipsum a suis familiaribus Jansenistis accurate mittebantur, ipsemet testatur in Responsione ad unum aliquem suum amicum Lovianensem, a quo nonam Epistolam acceperat : „ Accepi, *inquit*, nonam „ Epistolam circa Theologiam Moralem meorum *Benefacto-„ rum* (hoc nomine ironice Jesuitas percellit (2)) pro certo „ teneo quod sit res optima. Illam cum plus ocii nactus fue-„ ro legam. Si alias deinde secuturas ad manum habueris „ te etiam atque etiam enixe rogo, ut eas ad me (3) tran-„ smittas (D) „.

Quarto. Hoc idem ipsum testatur singulare studium, quo

(C) Recueil de pieces concernent les Religeuses de Port-Royal des Champs : a Paris, de l'Imprimerie Royal : 1710.

(D) Recibì la carta nona a cerca de la Theologia de mis bien hechores. Tengo por cierto, quæ harà cosa buena; si Yo havere muy d'espacio. Si VS. pudiere aber en las manos las demas, lo suplico me las embie: 21. Settem. 1656. (4)

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) In suo Necrologio Refractarii numerant Pontifices Clem. VIII. Clem. IX. Cardinales Bonam &c. Quid Pontifices ne illos, Cardinalesque in numerum rejiciemus Jansenianorum? Nugæ! Sed hac de re in 2. & 3. Volumine agemus fusius, ut etiam de Kalendario illo Portus Regii.

(2) Cur non? Quidquid vero ex Jansenianis prodibat, id, cujuscumque tandem modi esset, probatum fuisse Palafoxio, impudens calumnia est. *Vide hujus Vol. p. 25. sqq.*

(3) Hac de re in sqq. Voluminibus copiose differam.

(4) Vellem Sycophanta ostenderet, undenam hæc hispanica Palafoxio attributa mutuatus sit. Equidem versa de gallicis esse a Sycophantis fraude, ut hi solent, puto. Ita sunt plena stribiliginum; cum tamen Vir Venerabilis elegantissime, accuratissimeque hispanice scribere consuesset.

quo Lovanienſem Academiam proſequebatur ; illam mirifice amabat , fovebat , omnique cura adjuvabat (1) . Ipſummet iterum audiamus : „ Sereniſs. Archidux Auſtriacus brevi futurus eſt Belgii Gubernator . Cum ſua Sereniſſima Celſitudo ſingulari me benevolentia complectatur, libenter ad eum literas commendatitias, Lovanienſis Univerſitatis gratia, dabo [E] „ . Rurſus eodem anno : „ Illas ad „ Sereniſſimum Principem literas mitto , inquit , in quibus „ Academiæ Lovanienſis mentionem facio . Illas ubi legeris „ obſignabis , & ad Sereniſſimum Principem deferes „ . Partem illius Epiſtolæ ad hanc rem ſpectantem hic juvat referre : „ Spero Sereniſſime Princeps , te non ægre laturum, „ hanc meam Epiſtolam . Scio Sereniſſimam Celſitudinem „ Veſtram bonis ſtudiis , atque artibus delectari , iiſque egregie ornatam eſſe . Quare ea cogitatione fretus, hanc mihi licentiam arrogo obſecrandi Sereniſſimam Celſitudinem „ Veſtram , ut Lovanienſem Univerſitatem , de Rege noſtro, „ deque Eccleſia optime , ut norunt omnes , meritam , in „ fidem , tutelamque ſuam dignetur accipere . Jeſuitæ ſuis „ illam artibus , atque auctoritate miſere vexarunt „ . Hæc eſt vetus , & conſueta Novatorum lamentatio , & quærimonia [2] : Vexari ſe clamitant & conqueruntur ab iis omnibus , qui pro tuenda Fide Catholica , & pro ſervan-

h 2 da

(E) Epiſtola 16. Febr. 1656.

Alethini Philaretæ Adnotationes .

(1) Hæc item , quam ſint referta calumniis , *in ſqq. Voluminibus* demonſtrabimus .

(2) Non Novatorum quidem , ſed S. Caroli Borromæi , S. Thereſiæ , S. Johannis a Cruce , Cardinalis Turnonii &c. hominum non modo catholicæ fidei , verum virtutis etiam, ſanctitatiſq; morum laude mire illuſtrium . Vide *Summarium Additionale Cauſſæ Ven. Job. de Palafox num.* 15. *ſeq.* & *nu.* 20. Quæ autem Berruyeri Symmyſtarum[quos falſo Sycophanta defenſores Decretorum Pontificiorum vocat] in reſiſtendo Decretis Pontificiis, quæ ipſis non placeant, impotentia animi,pertinaciaque ſit, conſtat cum ex Palafoxii *Defenſione Canonica* ; Ex *Reſponſione ad libellum ſupplicem Religioſorum Societatis* : Ex *Epiſtola ad P. Carochium* : & ex *Epiſtola ad Regem Philippum IV.* tum ex *Monumentis* publicis , quæ *in*

da Pontificiis Decretis debita reverentia fortiter, & indefinenter [1] pugnant. Ea erat, & non alia, quam a Jesuitis tunc temporis Lovaniensis Academia patiebatur vexatio. Res enim est notissima quod tunc Lovaniensis Academia, quæ hic ab Illustrissimo Præsule de Ecclesia adversus hæreticos egregie meruisse prædicatur, acerrime pro tuenda Jansenii doctrina, quam Ecclesia profligaverat, non obstantibus Bullis Pontificiis decertabat (2). Sed redeamus ad Illustrissimi Præsulis Epistolam: „ Et æquum „ est, Serenissime Princeps, ut suus servetur honor Universi„ tatibus; suisque illæ, quæ sunt omnium scientiarum fontes „ gaudeant privilegiis: quodque agunt, & contendunt Pa„ tres isti [forte puro, ac sincero, ut mihi persuadeo zelo] „ ut Ecclesia nullos alios habeat, præter ipsos, Doctores, „ rationi non videtur consentaneum; neque credibile est Ec„ clesiam, ubi de doctrina agitur, eos solos pro oraculis ha„ bere velle; præsertim cum id fieri non possit, illæso alia„ rum Scholarum, Universitatum, & Religionum jure, qua„ rum major, & antiquior, quam illorum doctrinæ, & „ sanctitatis æstimatio (3) est [F] „. Adver-

(F) Valgame tambien de esta occasion para atraverme a sup-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

*in eodem Summario Additionali Palafoxianæ Caussæ n.*17. *sqq.* afferuntur; exque aliis prope innumerabilibus, quæ, ne longi simus, omittimus; ut mirum sit Sycophantam adeo impudenter mentiri audere, aliisque suorum peccata appingere.

(1) Longe Vir Venerabilis aberat a defendendis iis, qui Decretis Sedis Apostolicæ obluctarentur. Itaque in *satisfaccion al Memorial de los Religiosos de la Compañia n.*LXVIII. *pag.*325.*Tom.*XI. Jesuitas refellens, qui ansam hæreticis ab ipso dari adversus *Religiosos* calumniabantur: „ Hæretici, „ *inquit*, abhorrent ab Apostolica Sede: Episcopus (Pa„ lafoxius) defendit Apostolicæ Sedis Decreta: & *Religiosi* „ *Societatis* iis, hac in caussa (*sacramentali*, & *jurisdictio*„ *nali*) repugnant, eaque oppugnant fortissime. Quis ergo „ dat ansam, occasionemque audaciæ heterodoxis, scan„ dalique Catholicis? Qui se subjicit, & sollicitat obedien„ tiam Apostolicæ Sedi, an qui ei resistit hac in caussa &c.?

(2) Falsum id quoque. Sed hac de re in 3. Vol. agam.

(3) De his item rebus disseram in 3. hujus Operis Tomo.

Advertat benignus Lector prædictum Textum non ideo hic a nobis referri, ut Illustrissimum Præsulem vituperare videamur quod ibi male ab eo Jesuitæ tractentur (1); illisq; invidiam conflare, in eosque Serenissimum Principem inflammare, & concitare omni studio conetur. Hic an bene, an male Illustrissimus Præsul Jesuitis voluerit, non quæritur (2), non curamus, neque ad rem de qua nunc agitur ullo modo spectat. Scopus, ac finis noster in hac Collatione alius non est, quam ut aperte, & palam faciamus, quantum Illustrissimus Præsul Sectæ Jansenianæ partibus faveret, & adhæreret. Eo enim ipso tempore, quo caussam Academiæ Lovaniensis apud Serenissimum Belgii Guvernatorem acerrime, enixeque suscipiebat, celebris illa Academia vim suam omnem, operamque in Jansenii defensionem (3) impendebat.

Quinto. Verum omissis, si quis voluerit, quæ hactenus dicta sunt, in hac ultima observatione placet immorari. Hanc

a suplicar V.A. tome la proteccion... de la Universitad de Lovayna, donde son tan patentes los servicios que ha hecho á el Rey nuestro Señor y á la Catholica Iglesia contra los herejes. Los Padres Jesuitas le han tratada si bien mal con sus mañas y buen nombre; pero es mas justo, Señor, que V. A. honore á esta Universidad, y le conserve sus Privilegios como a taller de todas la ciencias: y esto que estos Padres pretenden, aunque puede ser hecho con buen zelo, como yo me persuado, no es conforme a rason ni es..... que en materia de doctrinas, no hable la Iglesia sino es por medio de ellos, principalmente quando esto non sucede sin perjuicio de otras Escuelas, Universitades y Religiones, donde el credito es mas antiguo, y mas *lentano* (sic) que el suyo en doctrina y sanctitad: 6. Abril 1656.

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Vera Vir Venerabilis, eaque manifesta scripsit. Sed hac item de re alias.

(2) Dicit non quæri; cum tamen & quærat ipse Sycophanta, & hanc ob rem Venerabilem Virum similem Novatorum faciat.

(3) Jam, ut dixi, falsum id quoque est, ut post demonstrabitur.

Hanc Illustrissimi Præsulis cum primoribus Jansenii discipulis conjunctionem, concordiam, & quasi societatem nihil planius, cumulatiusque probat, quam ipsa doctrinæ consensio (4). Libellum Guillelmi le Roi adoptavit, & cum illa adoptione Jansenii principia, dogmataque penitus combiberat, eaque in suis operibus, & præsertim in illa Epistola Pastorali, de qua hic agimus, uti in Tripartita nostra Collatione planum faciemus, effudit (1).

Sexto. Hic itaque, ut facilius Tripartita nostra Collatio intelligatur, doctrinæque Illustrissimi Episcopi D. Jo. de Palafox concordia, consensusque cum doctrina Jansenii, & sequacium ejus apertius innotescat, operæ pretium duximus subtexere, ut paulo superius promisimus, præcipua Jansenii dogmata circa humanam libertatem, & Dei Gratiam, quæ principia præ oculis semper habere eos necesse est, qui hanc Synopsim lecturi sunt. Ex hoc enim fonte omnem suam doctrinam in sua Pastorali Epistola, duce ac magistro libello Gallico Guillelmi le Roi, Illustrissimum Præsulem hausisse, cuilibet vere Catholico, vel minimum attendenti patebit (2).

Septimo. Totum igitur Jansenii Systema de libertate, & gratia quinque præcipuis articulis comprehendimus, ad quos sequentem Collationem totidem distinctam capitibus referemus. Quisquis hac lecta collatione, & simplicissima expositione, a qua omnem contentionem, disputationemque removimus, consulto Illustrissimum Præsulem Jansenii Systemate omnino imbutum fuisse negaverit, aut ingenue fateri noluerit, ille vel in luce meridiana cæcutire dicendus est, vel de sua Jansenii partibus adhæsione legitimum suspicandi locum dabit (3).

TRI-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(4) Eodem, atque ante, revolvitur Sycophanta. Quam autem falsa prædicet, demonstratum est *pag. 36. sqq. huj. Vol.*

(1) Vide quæ scripsi a pag. 56. hujus Volum. ad 256.

(2) Immo oppositum patebit, ut patuit pag. 60. *sqq. hujus Vol.*

(3) Atqui nostra Epistola ad Angelopolitanos & nihil commune Palafoxium habuisse cum Jansenianis; & calumniarum plenam esse Tripartitam Collationem Sycophantarum; & *dedit*, ut credamus, *locum*; & perpetuo etiam *dabit*.

TRIPARTITA DOCTRINARUM COLLATIO

ECCLESIÆ,

VEN. JOHANNIS DE PALAFOX

JANSENII &c.

CAPUT PRIMUM (1)

DE extincto, & amisso per peccatum primi hominis libero arbitrio. Seu de amissa per peccatum primi hominis libertate, sive activa humanæ voluntatis indifferentia ad utrumque oppositum.

DOCTRINA ECCLESIÆ.	DOCTRINA PALAFOX.	DOCTR. JANSEN. & sequacium ejus.
Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, & extinctum esse dixerit; anathema sit. *Conc. Trident. Sess.* VI. *can.* V.	„ Con todos los avisos de la raçon, y sabiduria humana, no puedo açer sin vuestra gracia si no diligencias inutiles, socorros fragiles para conseguir la libertad perdida „. Cap. 1I. pag. 4. Hoc est „ Cū omnibus rationis, & humanæ sapientiæ monitis non possū sine gratia tua, nisi vanam, & fragilem operam collocare in recuperanda perdita libertate „.	Libellus Gallicus Guillelmi le Roi -- Je ne puis faire par tous les secours de la raison, & de la sagesse humaine, que des efforts inutiles pour ma guerison & ma delivrance.

h 4 Gime

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Caput hoc primum universum confutavimus *a p.* 59. *ad* 71. *huj. Vol.*

ECCLESIA

Quis autem noſtrum dicat, quód primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem periit per peccatum, ſed illa, quæ in paradiſo fuit habendi plenā cū immortalitate juſtitiam. *Aug.lib.1.adBonif.c.2.*

Liberum arbitrium ad bonum, & ad ma-
lum

PALAFOX

Gime la raçon .... y llora por la libertad perdida „. C.xv.*p.*31. 32. Hoc eſt „ Ingemiſcit ratio ... & plangit amiſſam libertatem „.

Fuerza es Señor[aunque peſe á mi ſoberbia] ... fuerza es, que conozca, y confieſſe, que eſta maſſa condenada de nueſtra naturaleza deſde la primera culpa; eſta alma racional criada en gracia, y por ſu caida enflaquecida, y perdida ſolo á vos debe ſu gracia y ſu libertad „. *Cap.*xx.*pag.*44. Hoc eſt „ Cogor Domine, vel invita mea ſuperbia, agnoſcere, & confiteri, maſſam hanc damnatam naturæ noſtræ poſt primum peccatū; animam hanc rationalem creatā in gratia & lapſu ſuo indebilitatam, & perditam tibi ſoli ſuam gratiam, & ſuam libertatem debere „.

Se muy bien, que el mover nos ... es reſtituitnrnos á la libertad perdida. *Cap.*23. *pag.* 51.

Hoc

JANSENIUS &c.

Peccandi merito amiſſa libertas. *Janſ. lib. II. de Grat. Chriſti Salvat. cap.* 3.

Sublata funditus indifferentia ad bonum, & malum. *Janſ. lib. 3. de Statu Naturæ lapſæ. Cap.* 2. *pag.*436.

Docet Auguſtinus, arbitriū non eſſe amplius liberum, ut velit, & faciat bonum;

ſed

ECCLESIA

lum faciendum, confitendum est nos habere. *August. lib. de Corrept. & Gratia. Cap.* I.

PALAFOX

Hoc est

„ Apprime Scio, quod movere nos nihil aliud sit, quam nos restituere in libertatem amissam „.

„ Essa piedad infinita me restituya á mi propia, y verdadera libertad „.*Cap.* 2. *p.* 5.

Hoc est

„Infinita illa misericordia me restituat propriæ, & veræ libertati „.

„ No puede (mi fragilidad) sin vos hallar su perdida libertad „. *Cap.35. pag.86.*

Hoc est

„ Nonpotest mea fragilitas sine te amissã suam libertatem invenire „.

„ Veis aqui el barro (mi alvedrio) formado de vuestras manos, deshecho, y despedazado por las mias,

JANSENIUS &c.

sed libertatem ejus ex ruina periisse „ : *Jans. lib.* III. *de Statu Naturæ lapsæ*. *Cap.* V. *pag.* 441. (a).

(a) Nota. Solet Jansenius errores suos Augustino affingere, & hinc S. Doctorem non minus intolerabili, quam inverecunda calumnia sese semper alloquentẽ, ac docentem inducere. Quod semel lectorem monuisse oportuit.

„Dicit Augustinus, nō manere amplius libertatem, amissum esse liberum arbitrium, egere libertate „. *Ibid. c.* 6. *p.* 452.

„ Ex Sanctissimi Doctoris lucubrationibus demonstravimus .. periisse scilicet libertatem „. *Ibid. cap.* 14. *pag.* 456.

„ Vous seul pouvez luy donner (a ma volontè) une veritable .. libertè „. *Libell. Gall. cap.* 10.

„ Il faut que vôtre grace toute lumineuse, & toute puissante ...me retablisse dans la libertè „. *Ibid. c.* 2.

„Vous seul pouvez lui don-

ECCLESIA.	PALAFOX.	JANSENIUS &c.
	as, reparadlo ,, , *Cap.* XIX. *seq. pag.* 43. Hoc est ,, Hic vides vas tuis formatum manibus., meis destructũ, & cõfractũ: illud renova ,,. ,, Veis a qui el hombre lleno de heridas; curadlo ,,. *Ibid.* Hoc est ,, Hic vides hominẽ opertum plagis; sana illum ,,. ,, Veis aqui el hombre difunto: resuscitadlo ,,. *Ibid.* Hoc est ,, Hic vides hominẽ defunctum: illum resuscita ,,.	donner (à ma volontè) une veritable libertè, excerçant sur elle votre puissance Souveraine & infinie de Createur, & de Redempteur. C'est un vase brisè, qui n'est plus reconnoissable: ce n'est plus que de la poussiere que je mets entre vos mains...Reparateur tout puissant renouvellez donc ce vaisseau si fragile, si perissable ,, . *Ibcd. cap.* 10.

Caput Secundum (1).

PER peccatum primi hominis voluntas humana facta est impotens, atque incapax ullius omnino boni cujuscumque generis, etiam Moralis, sine gratia Dei.

ECCLES. DOCTR.	PALAFOX.	DOCTR JANSEN. & sequacium ejus.
Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei	,, Por mi mismo, Señor, y Salvador mio, y sin vos, ni sé, ni puedo, ni valgo buscar.. ni estimar, obrar, y seguir, sino mi propia	,, Je ne puis par moi même ni chercher, ni desirer, ni estimer autre chose que ma misere, que mon aveuglement, que mesblesfures,

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Calumnias toto hoc capite comprehensas dispulimus a pag. 71. nostri hujus Volum. ad pag. 99.

ECCLESIA.

Dei mereri: Anathema sit. Trid. Sess. VI. Can. VII.

S. Pius V. damnavit, & proscripsit sequentes propositiones Bajanas.

Omnia infideliũ opera, sunt peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia. *Prop.* 25.

Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio, non nisi ad peccandum valet. *Prop.* 27. *Vide Bullam Ex omnibus afflictionibus* 1. *Oct.* 1567.

„ Liberũ arbitriũ non potest ex se, nisi peccare, & omne opus liberi arbitrii sibi dimissi est peccatum mortale, aut veniale „.

Hæc propositio [*inquit Sorbona*] utraque sui parte est hæretica. *Decr.* 27. *Jun.* 1760. *Prop. IV. To. I. Coll. Judicior. P. II. p.* 203. *Ed. Par. an.* 1728.

Sacra Scriptura sæpe laudat, & commendat actiones ethnicorum mere naturales ex motivo mere naturali factas. *Exod.* 2. *v.* 5. *Rom.* 2. *v.* 14. & 15. & *præ cæteris lib.*

PALAFOX.

pia miseria, abraçar mis daños, amar mis errores, estimar mis desvarios, y miserias, y hacer estrecha amistad con mi cautiverio. No puedo caminar por mí mismo, y sin vos ... sino à despeñarme. No puedo dár paso, que no sea á precipitarme: no puedo defenderme, sino hiriendome: no puedo pelear, sino matandome: no puedo trabajar, sin vos por mí mismo, sino para destruirme „. *Cap.* 1. *pag.* 3.

Hoc est

„ A me ipso Domine mi, & Salvator, & sine te [*hoc est, sine gratiæ tuæ auxilio, ut postea fuimet interpres loquitur*] nec scio, nec possum, nec valeo aliud quærere, desiderare, æstimare, operari, prosequi, quã meam propriam miseriam, & cæcitatem: aliud amplecti, quam meam perniciem: aliud amare, quam meos errores: aliud æstimare, quam meas evagationes, & miserias meas, quam ar- ctam

JANSENIUS &c.

sures, que mes maladies, que mes égaremens & que ma captivité. Je ne puis marcher par moi-même... que pour me perdre, & pour me détruire... Je ne suis capable par ces vains efforts, que d'augmenter ma langueur, mes playes, & ma servitude, au lieu de me délivrer, & de me guerir „. *Libell. Gallic.* §. 1.

„ Observandũ, opus seu motum voluntatis esse non posse etiam moraliter bonum, nisi ipsa operis justitia, seu rectitudo diligatur. Jam vero impossibile esse, ut ipsa, justitia diligatur, sine gratia Dei „. *Jansf. lib.* 1. *de Grat. Cap. IV.*

„ Docuit enim [Augustinus] non tantum non esse liberum arbitrium nostrum, hoc est non habere in sua potestate, & libertate facere opus veræ pietatis, vitæque æternæ meritorium; sed etiam non esse liberum, seu non habere in sua potestate facere opera moraliter bona, ita videlicet, ut non

ECCLESIA.

lib. I. *Machab. cap.* 8. *vers.* 2. ubi auctor sacer Romanorum fortitudinem, prudentiam, æquitatem, patientiam, &c. VIRTUTES BONAS appellat, quarum tamen virtutum principium & motivum in Romanis, utpote infidelibus, & idololatris aliud non erat, quam honestas, & æquitas mere naturalis. (1) „ Feramus eos ... qui vitiis impunitis volunt stare Rempublicam, quam primi Romani constituerunt, auxeruntque virtutibus; etsi non habentes veram pietatem erga verum Deum ... custodientes tamen quamdam sui generis probitatem, quæ &c... Deus enim sic ostendit in opulentissimo, & præclaro imperio Romanorum, quantum valerent CIVILES etiam, sine vera Religione VIRTUTES. *August. Epist. V. ad Mar-*

PALAFOX.

ctam conglutinare, amicitiam cum mea captivitate: a me ipso, & sine te non possum ambulare, nisi ad me precipitandum: nec vel unum passum possum facere, qui non me præcipitem agat: Non possum me ipsum defendere, quin me ipsum vulnerem: non possum pugnare, quin me ipsum interficiam: a me ipso, & sine te non possum laborare, nisi ad me destruendum „.

Conozco, que siempre que yo juzgué, que era fuerte, fuí flaquissimo. Conozco, que quando pensé, que era constante, y que podia librarme de los peligros, y vicios, fuí la misma incōstancia, y vanidad; caí en ellos, llevado de mis passiones, vencido de el enemigo. Conozco, que no hay en mí, sino caídas, y corrupciō, una dureza á lo bueno, una propension into-

JANSENIUS &c.

non solum non habeat potestatem, qua universam justitiæ moralis legem impleat; sed nec illam, qua vel UNUM OPUS moraliter bonum operetur. *Jansen. Lib. III. de stat. Nat. lapsæ cap.* XIV.

Nimirum volvit se ipsam in vinculo suo, & dum nititur surgere, IN VULNUS VULNERE SURGIT. *Ibid. cap.* 2.

J' éprouve en toutes rencontres que je ne dois attendre de moi, que de la fragilité, que de l' inconstance, que de la vanité, que des chutes, que de la corruption, que des desordres, que de l'endurcissement, que de l'impuissance. Je n'ai en moi qu' une source inepuisable de mauvais desirs, qu' une racine corrompuë, & empoisonnée qui ne sçauroit produire, que des fruits de malediction, & de mort „. *Li-*

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Vide quid his de virtutibus Augustinus dicat *Lib. IV. contra Julianum Cap. III. n.* 16. *&* *n.* 32. Sed hac de re jam egimus in Epistola ad Angelopolitanos. Itaque modum scribendi faciam, ne actum agam.

ECCLESIA.

Marcellin. Vide lib. de spiritu,& litt. ad Marcellin. cap. 28. *Item Epist. XCIX. ad Evod. Epist. CXXX. Cirtensib.* & alibi passim. Infideles quidem gratia carent ; remanet tamen in eis ALIQUOD BONUM NATURÆ ; unde manifestum est, quod non possunt operari bona opera, quæ sunt ex gratia, scilicet opera meritoria ; tamen bona opera, ad quæ sufficit bonum naturæ, ALIQUALITER operari possunt. Unde non oportet, quod in omni suo opere peccent ... Infidelis potest aliquē ACTUM BONUM FACERE in eo, quod non refert ad finem infidelitatis. *S.Th. sec.sec.q.x. art.*4.

Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illū in manu consilii sui. Apposuit tibi aquam & ignem ; ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors : BONUM, ET MALUM ; quod placuerit ei, dabitur ei .. Ne-

PALAFOX.

tolerable á lo malo. No tengo en mí, sino un manantial inagotable de perniciosos deseos, una raiz corrompida, y ponçoñosa, que de suyo, y sin vos, ó gran Dios mio, no puede producir sino frutos de maldicion, y de muerte „. *Cap. XL. pag.* 94. 95.

Hoc est.

„Cognosco, quod quoties judicavi me fortem esse, fui debilissimus. Cognosco, quod quando credidi me esse constantem, & in mea potestate esse liberare me a periculis, & vitiis, fui ipsamet incostantia, & vanitas : Cecidi in illa meis abreptus cupiditatibus, & victus ab inimico. Cognosco, nihil aliud esse in me, quam lapsus, & corruptionem ; quam duritiem ad bonum; propensionem intolerabilem ad malum. Nihil habeo in me præter scaturiginem inexhaustam perniciosorum desideriorum : præter radicem corruptam, & venenatam,

JANSENIUS &c.

*Libell.Gall. cap.*21.

„ Docet enim Augustinus frequenter, id quod sine aperta impietate negari nequit, postquam humana natura in peccati infirmitatem præcipitata est, jam nihil omnino in homine boni esse, ne nutum quidem voluntatis, aut studium, aut conatum, nisi homini detur non solum illud facere posse si velit, sed hoc ipsum quidquid ab ipso, vel in ipso fit, gratia largiente detur „. Jans. *lib.* 2. *de Gr. Christi Salv. c.*23.

J'eprouve en toutes occurences, que mes pensées, & ma volonté ne sont point en mon pouvoir „. *Libell. Gall. Cap.XI.*

Omnia infideliū opera sunt peccata : Philosophorum virtutes sunt vitia „. Bajus. *Prop.*25.

Liberum Arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio non nisi ad peccandum valet „. *Prop.* 27.

Quid aliud remanet animæ, quæ Deum, atque ipsius gratiam ami-

ECCLESIA.

Nemini mandavit impie agere. *Eccles. XV. v.*14. 17. 21. *Jos.* 24. *v.*14. 15.

PALAFOX.

tam, quæ se ipsa, & sine te non potest producere, nisi FRUCTUS MALEDICTIONIS, & mortis „.

Véo, Dios, y Señor mio, que quando tengo mi voluntad en mi mano, se halla en mano de mis antojos „. *Cap.* 24. *pag.* 53.

Hoc est

„ Video, Deus, & Domine mi, quod quando teneo voluntatem meam in manu mea, stat in manu mearum cupiditatū „.

Jo, Señor mio, habia de pensar, que de mí, y sin vos puede proceder cosa, que no sea miseria, y corrupcion „. *Cap.* 52. *pag.* 120.

Hoc est

„ Itane ego credere possū, quod a me, sine te, aliquid fieri possit, quod non sit miseria, & corruptio „?

JANSENIUS &c.

amisit, nisi peccatū; & peccati consequutiones ... Hoc est generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum „.

Quesnell. Prop. 1.

Jesu Christi gratia, principium efficax boni cujuscumque generis necessaria est ad omne opus bonum: Absque illa non solum nihil fit, sed nec fieri potest „. *Prop.* 2.

Peccator non est liber, nisi ad malum sine gratia liberatoris „. *Quesn. prop.* 38. Vide *Prop.* 39. 40. 42. 48. 49. 59.

Ex quo perspicuum est, vitium voluntatis, quod præter peccati culpam peccando contraxit, in eo sitū esse, quod post desertū creatoris amorem, rei creatæ dilectione cæcata, & undique pervasa, ac penetrata est, ita ut amissa illa utriusque partis indifferentia, jā amplius bene velle non possit ... Cæcitate, & concupiscentia, quibus obstricta jacet, eam assidue deorsum de-

deprimentibus ,, .
Jansen. lib. de Gratia Christi Salvator. C. 3.

Caput Tertium (1).

De inducta, & constituta per peccatum primi hominis servitute peccandi.

Nota. Ad textus, quos modo referemus tam ex Jansenio, quam ex ipsius discipulis, revocandi, & adjungendi sunt textus in præcedentibus capitibus adducti: Siquidem in illis non minus aperte declaratur irresistibilis, absente gratia victrice, peccandi servitus, quam aut amissio, aut ruina libertatis, aut absoluta ad omne opus bonum, etiam ordinis naturalis impotentia. Immo hanc peccandi servitutem mirifice exprimunt, ac declarant.

ECCLESIA.

Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie, & per se; adeo ut sit proprium ejus opus non minus proditio Judæ, quam vocatio Pauli: anathema sit. *Concil. Trid. Sess.* VI. *can.* 6.

Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quacumq; ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur

PALAFOX.

„ Esta nuestra voluntad .. está herida: descorre de la primera culpa, corre sangre de miserias en todo quanto está *obrando*,,. *Cap.* 35. *pag.* 80. 84.

Hoc est

„ Hæc volūtas nostra jacet vulnerata. Post primum peccatum, in *omnibus, quæ facit currit* sanguis miseriarum ,, .

Nota. Sensus est: Voluntas nostra vulnerata peccato originali, nihil operatur, quod non sit miseria, hoc est peccatum.

JANSENIUS &c.

„ Mon Sauveur avez pitié de mon impuissance, encore qu'elle vienne de ma volonté, e des mes pechez. Regardez par votre misericorde infinie la misere épouvantable de mon origine, & la profondeur inconcevable de l'abîme où je suis tombé ,, . *Libell. Gall.* §. VII.

„ In omnibus suis actibus peccator servit dominanti cupiditati. Bajus prop. 40. Peccati merito amissa libertas, & *peccandi necessitas constituta*. Jans. l. 2. de Gr. Chr. Sal. c. 3. & 14.

Es Ar-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) Dispulimus item, quæ calumniose hoc suo Capite Sycophanta complexus est, *a pag.* 99. *ad* 154. *hujus nostri Volumin.*

ECCLESIA.

titur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare. Anathema sit „. *Concil. Trid. Sess. VI. Can.* 7.

„ Inventus est homo, qui servos Christi .. sub hac occasione cribraret, asserens de arbitrii libertate, homini .. in una tantum, parte, quæ deterior est, eligendi datam esse licentiam. O Schismaticam propositionem, quæ juxta Apocalypsim c. XIII. v. I. scriptas habet in fronte blasphemias. Quæ ista libertas est? Si valet, edisserat, ubi datur solum velle, quod pugnet? Aut quare electionem nominet, ubi unam tantum partem asserit fuisse concessam? Ennodius „. *l.* 2. *Epistolar. Epist.* 19.

PALAFOX.

„ Es tal nuestra condicion, Señor, que siempre hemos de servir; porque ó ha de ser el alma (1) ... SIERVA INFELIZ DE LA CULPA, quando ella escoge su servidumbre: ó ha de ser triunfada, y esclava de vuestra gracia „. *Cap.* 36. *pag.* 87. 88.

Hoc est

„ Talis est, Domine, nostra conditio, ut semper necesse sit nos servire. Siquidem necesse est, animam vel esse servam infelicem peccati, quando illa suam ELIGIT SERVITUTEM; vel esse triũphatam a gratia tua, ejusque esse captivã „.

[a] An actio illa eligendi servitutem suã, quam Præsul Illustrissimus Voluntati attribuit, sit actio vere libera,

JANSENIUS &c.

„ Arbitrinm non est liberum, ut operetur, aut velit bonum, sed sub malo sui peccati affectu *depressum*, captivum, servumque possidetur „. *Lib.* 3. *de Stat. Nat. lap. Cap.* 2. *pag.* 435.

„ Cũ enim creatura rationalis ad aliquid necessario sua voluntate tamquam pondere inclinetur, alterutrum necesse est sit id, in quo motus voluntarius requiescat, aut *Creator*, aut *Creatura*; aut *Mundus*, aut *Deus* ... Quod si in Creatura diligenda requiescat, vitiosus, reprehensibilis, adeoque culpabilis amor sit, fons, fomes, ac radix omnium peccatorum: est enim illa vitiosa cupiditas, quæ in omnibus peccatis dominatur, cui contraria est sola charitas Dei. Nullũ quippe medium inter ista duo datur, aut dari potest „. *Jansen. l.* v. *de Gr. Christi cap.* 2.

Sen-

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) His verbis Palafoxius addit: *Lo que vos* [Señor] *no permitais. Quod tu* [Domine] *non permittis*. Id tamen Sycophanta Berruyerianus, calumnia, suppressit, ut invidiam Ven. Viro con flaret.

ECCLESIA.	PALAFOX.	JANSENIUS &c.
	bera, ex sequentibus textibus facile intelligetur.	„ Sẽtentia igitur Augustini .. non alia quã ista est, quod *Liberum voluntatis arbitrium* post lapsũ primi hominis sub CUPIDITATIBUS TERRENIS ita arcte captivũ possideatur, ut libertas illa ferreis vinculis adstricta nullo modo possit surgere, ut bonum velit, aut faciat, sed tantummodo captivo motu versetur in malo „ *Jan.lib.3. de St.Nat.Lap.C2.p.436.*
Sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius. *Gen.*IV. *v.*7. [1]	„ Conozco que los que vivimos sujetos á las pasiones, *somos dominados de un Tirano poderoso, terrible, cruél, altivo :* De una *concupiscencia*, que nos solicíta, y arrebata á lo peor, que, dejandonos libres, nos *arrastra* ..Están presos los buenos deseos, y *Cautivos por la tiranía* del apetito torpe ... Gime la razon debajo del yugo de esta *fiera servidumbre*, y de la manera que el esclavo en el duro calaboço aprisionado de hierros ...y llora por la libertad perdida, y no puede él mismo ser autor de su rimedio. Ansi mi alma, Señor, llena de pasiones, y prisiones, llena de culpas, y de miserias, gime en las ti-	„ Seigneur, je connois par la malheureuse experience, que j'ai faite, que ceux qui s' abandonent à leurs passions se trouvent assujettis, comme à un tiran, à une concupiscence imperieuse qui les sollicite, qui les pousse, & qui les entraîne toũjours à des nouveaux pechez. Ils sont arrêtés par la tirannie de leurs mauvaises coũtumes, & ne peuvent s' empêcher de leur obéir

Alethini Philaretæ Adnotationes.

(1) An sine adjutorio divinæ gratiæ? Id vero erat ostendendum a Berruyeriano Sycophanta. Verum qui tandem ostendi id poterit contra Scripturæ, Patrum Pontificumque auctoritatem? Vide nostram ad Angelopolitanos Epistolam *pag.* 73. *seqq.*

ECCLESIA.	PALAFOX.	JANSENIUS &c.
Quis non clamat, ſtultum eſſe, præcepta dari ei, cui liberum non eſt, quod præcipitur, facere; & iniquum eſſe eum damnare, cui non fuit poteſtas juſſa complere? *Aug. lib. de Fide contra Manich. c. 9.*	tinieblas, y obſcuridad de la culpa, y reconoce que... ſin vueſtras fuerzas, Dios mio, no quebrantára ſus hierros „. C. XV. *p.* 31. 32. Hoc eſt „ Cognoſco, nos, qui vivimus cupiditatibus mancipati, ſubjici imperio tyranni præpotentis, terribilis, crudelis, ſuperbi concupiſcentiæ, quæ nos ſollicitat, rapitque ad id, quod pejus eſt: quæ relinquendo NOS LIBEROS, NOS RAPTAT ... TURPIS APPETITUS TYRANNIS BONA DESIDERIA LIGATA, ET CAPTIVA TENET. Ingemiſcit ratio ſub jugo hujus crudelis ſervitutis, ut quemadmodum captivus durum, obſcurumque detruſus in carcerem, ferro, cateniſque onuſtus ſuſpirat, plangitque propter amiſſam libertatem, nec poteſt a ſeipſo ſuum ſibi procurare remedium, ita anima mea, Domine, plena cupiditatibus, & vinculis, plena peccatis, & miſeriis, gemit	obéir juſqu'à ce qu'ils ne ſoient établis dans la liberté de la Juſtice „. *Libell. Gall. c.* 8. „ Sanctiſſimus, & profundiſſimus Doctor nō contentus declaraſse, hominem poſt lapsū omni boni operis faciendi libertate privatum, eadem fiducia partem utramque docet, non eſſe ei etiam liberum a peccato abſtinere, ſed in peccandi neceſſitatē peccando cecidiſſe „. *Janſ. lib. de Statu Nat. Lapſæ. Cap.* 19. *p.* 470.

Si quis dixerit ... quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare: anathema sit. *Conc.Tri.Seff.6.can.7.*

Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, & extinctum esse dixerit, rem esse de solo titulo, immo titulum sine re.. ana-

mit in tenebris, & caligine peccati, & agnoscit, quod sine fortitudine tua non disrumpet vincula sua „.

„ Lloro, Señor, mi flaqueza, y como sobre difunta, lloro esta mi naturaleza corrompida, y miserable, solo poderosa para ser mas flaca, solo fuerte para ofenderos, solo eficáz para enojaros, solo libre sin vos para apartarse de vos „ *cap.*10. *pag.*20.

Hoc est

„ Plango, Domine, debilitatem meam; & sicut super mortuam plango MEAM NATURAM CORRUPTAM, ET MISERABILEM; TANTUMMODO POTENTEM AD AUGENDAM INFIRMITATEM MEAM; TANTUMMODO FORTEM AD OFFENDENDUM TE, TANTUMMODO EFFICACEM AD COMMOVENDAM IRAM TUAM; TANTUMMODO LIBERAM SINE TE AD AVERTENDAM SE A TE &c. „

„ Soi esclavo de malas mañas, é inclinaciones:

„ Mon cœur demeure si fortement attaché à l'amour aveugle de moi même, & à la recherche de toutes les choses qui peuvent contenter, & entretenir cet amour; que je me trouve toûjours en état de preferer ma nature corrompuë, & les objets qui lui plaisent à Votre Divine Majesté. Je me trouve toûjours en état d'obéïr à mes passions plûtôt, qu'à votre evangile, & de preferer ma foiblesse, mon indigence, & ma misere à la force, à la plenitude, & au bonheur que vous me pouvez donner „. *Libell. Gall. cap.6.*

„ Ad quod solum [ad peccandum] libertas ejus est expedita „. *Jan.l.4. de Cr.Sal. c.9.*

„ Pondus ad peccandum remanet, quod est peccandi potestas perfectissima „. *Ibid. cap.*20. *lib.*8.

J'é

ECCLESIA.

nathema ſit . *Conc. Trid.Seſſ.VI. can.*5.

Si quis dixerit liberum arbitrium non poſſe diſſentire ſi velit : Anathema ſit. *Ibid. can.*4.

PALAFOX.

nes: ſoi ſiervo de muy perverſas coſtumbres„ *Cap.XVIII. pag.*41.

Hoc eſt

„ Captivus ſum malarum paſſionum , & inclinationum, ſervus ſum peſſimorum habituum „ .

JANSENIUS &c.

„ J'éprouve en toutes occurences que mes penſées, & ma volonté ne ſont point en mon pouvoir . Je n' en puis diſpoſer comme je voudrois . Je ne puis les retenir. Je ne puis leur commander „ . *Libell. Gallic. cap.* XI.

„ Auguſtinus docet, arbitriū voluntatis poſt peccatum ex libero factum eſſe peccati ſervum , atque captivum , in eaque captivitate , & ſervitute non poſſe ullo modo ſuis viribus a compedibus , quibus vinctum eſt , exui „ . *Janſ.lib.*3. *deNat.lapſ. cap.* 3.

„ Y aſſi vos, Dios, y Señor mio, como quien ata al frenetico en la cama, es meneſter, que ateis eſta poderoſa liviandad „ . *Cap.* 21. *pag.*47.

Hoc eſt

„ Itaque, Deus, & Domine mi, quemadmodum phræneticum in lecto alligare neceſſe eſt ; ita neceſſe eſt , ut hanc potentem amentiam liges„.

Si quis dixerit, quanto vehementius ſe nititur quis diſponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare : anathema ſit . *Concil. Trid.*

„ Antes bien, quando he de dar curacion á mis heridas, las repito ; y quando pretendo cobrar la ſalud , aumento mi enfermidad

„ Je ne puis faire par tous les ſecours de la raiſon, que des efforts inutiles pour ma gueriſon, & ma delivrance. Je ne ſuis capable

ECCLESIA.

Trid.Seff.VI.can.7.

Si quis cognoverit plagam cordis fui, & expanderit manus fuas in domo hac, tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis. *3.Reg. c.8. v.38.*

Deprecatio etiam in peccatore laudabilis. *S. Ambr. in Pf.37. ad v. Domine ante te omne defiderium &c.*

Orationem peccatoris procedentem ex bono naturæ defiderio Deus audit. S.Tho.2. *2.q.83. art.6.Refp.&c.*

Deus converte nos *Pf.79. v.4.*

Converte nos Deus falutaris nofter, & averte iram tuam a nobis. *Pf. 84. v. 5.*

Peccatores, te rogamus audi nos. Ut nobis parcas.. Ut nobis indulgeas. Ex Litaniis, quas cantat, & approbat Ecclefia Catholica.

PALAFOX.

dad „. *Cap.2. pag. 4.*

Hoc eft

„Quin immo quando plagas meas curare volo, illas multiplico; & quando falutem recuperare intendo, augeo infirmitatem meam „.

Hujus textus fenfus in omnium oculos involat, fcilicet, *quando conor exire e ftatu peccati, converti ad Dominum, & me difponere ad gratiam, tunc plagas meas multiplicò*, feu ut loquitur Janfenius, volvo me ipfum in vinculo, & dum nitor furgere, in vulnus vulnere furgo.

„ A me ipfo, Domine, & Salvator meus, & fine te nihil poffum, nihil valeo quærere, defiderare, æftimare, operari, quam meam propriam miferiam „. Vide fupra §. *por mi mifmo.*

„ Nihil poffum quærere quam meam cæcitatem; aliud amare, quam meos errores; aliud æftimare, quam meas evagationes. *Ibid.*

„ A me ipfo, Domine, & fine te nihil aliud

JANSENIUS &c.

ble par ces vains efforts, que d'augmenter mes playes & ma fervitude, au lieu de me délivrer, & de me guerir. *Libell. Gallic. c.1.*

„ Nimirũ volvit fe ipfum in vinculo fuo, & dum nititur furgere, in vulnus vulnere furgit „. Janfen. *lib.3. deftat.Nat. lapfæ cap. 2.*

„ Si homo eft vitiofus, & agat quidquã, tunc agit vitiofe „. *Joh. Hus Art.16.*

„Veritas itaque eft, quod homo arbor mala factus non poteft, nifi malum, velle, & facere „. *Luther.Tom. V. fog. 9. n. 4.*

„ Voluntas, quã gratia non prævenit, eft capax omnis mali, & incapax ad omne bonum „. *Quefnel Prop. 39.*

